
Fecit Deus duo luminaria magna et Stellas et posuit eas in
Electa ut Sol
Pulchra ut Luna
firmamentum est MARIA posuit in HOC Firmamen
to Deus Solem et Stellas et lunam
S. Bernard. Serm: 2. Sup: Salve.
Regina
Cælestium
Terrestrium
et Infernorum
Noctí
testas in calo et in terra qua posse potestas est
in manib, eius vita et Spirit, nostri, et oculi omnium
Christianorūm eā sperant, et ipsa dat eis escā gratie
qua plena est in tempore opportuno. Serm: 2. in die Pētec.
Ad MARIAM sicut ad mediū sicut ad Arcā Dei, sicut ad
rerū causam, sicut ad negotiū Sæculorū respiciunt, et qui
in calo habitāt, et qui in infernaut eripiantur, et qui nos
praecesserūt, et nos qui sumus, et qui sequentur, et nati
natorum, et qui nascentur ab illis.

A

ΧΑΡΑ
ΤΟΥ ΑΠΑΝΤΟΣ ΚΟΣΜΟΥ.
GAUDIUM
ORBIS UNIVERSI.

Sive

LÆTITIA GENERIS HUMANI. — S. German. orat. de Nativ. V. M.

AUGUSTISSIMA

Cælestium, Terrestrium, & Infernorum. — S. Ephrem. in laud. Virg M. Apoll. in Tragœd. Christus Patiens. S. Bonav. in specul. Mar. Lect. 3.

REGINA,
DEIPARA VIRGO,
MARIA,

EX QVA

PER BENEDICTUM FRUCTUM VENTRIS EJUS

Post tot Myriades Annorum, post tot SS: PP: Vota, Desideria, Suspiria, Gemitus, & Lacrymas,

AFFLICTO GENERI HUMANO, — Genes. 21.

RISUM FECIT DOMINUS,

Et Gaudium attulit universo Mundo, sacro & pervetusto Ecclesiæ Hymno

SALVE REGINA,

DEVOTA PANEGYRI,
IN MARIANAM GLORIAM CONCINNATO,
IN ODAS DUODECIM DISTRIBUTO,
SALUTATA ET CELEBRATA

A P. MATHIA SCHMUKER, S. I. Sacerdote.

Anno Domini, M. DC. LXXXV.

GLACII, Ex Officina ANDREÆ [illegible]

FACULTAS
R. P. Provincialis Societatis
J E S U,
Per
PROVINCIAM BOHEMIÆ.

Cùm librum, qui inſcribitur: *GAUDIUM ORBIS UNIVERSI* à Patre MATHIA SCHMUKER, noſtræ Societatis Sacerdote conſcriptum, plures ejusdem Societatis Sacerdotes recognoverint, ac in lucem edi poſſe judicaverint; poteſtate à Patre noſtro Cárolo de Noyelle Præpoſito Generali ad id mihi datâ, facultatem concedo, ut typis mandetur. In quorum fidem has literas, manu meâ ſubſcriptas, & ſigillo officij mei munitas dedi Pragæ 10. April. Anno 1685.

(L. S.)

BARTHOLOMÆUS CHRISTELIUS.

Illustrissimo Domino

DOMINO

GEORGIO ADAMO FRANCISCO,

Sac. Rom. Imp.

Comiti de GASSIN & ROSENBERG,

Domino Hæreditario in Wossnick Polon: Neukirch, Freystat, Zierova, Zackerau, Katscher, & Bosanowitz,

Sac. Cæs. Majestatis

CONSILIARIO, ACTUALI CAMERARIO, &c.

Et

Serenissimi ac Reverendissimi Principis, ac Domini,

DOMINI

FRANCISCI LUDOVICI,

Episcopi Wratislaviensis, Comitis Palatini, Rheni, Bavariæ, Juliæ, Cliviæ, ac Montium Ducis, Comitis Valdenzæ, Sponheimij, Marchiæ, Ravenspergæ, & Mörsæ, Domini in Ravenstein &c.

SUPREMI PER SUPERIOREM ET INFERIOREM SILESIAM CAPITANEI, SUPREMO AULÆ PRÆFECTO, ET DUCATUUM OPPOLIENSIUM ET RATTIBORIENSIUM MERITISSIMO JUDICI. &c.

AD Auguſtiſſimum *MARIANÆ MAJESTATIS* thronum, Sereniſſimæ *Cæleſtium, Terreſtrium, & Infernorum Reginæ*, vota, ſalutémque, pro meo erga *MAGNAM DOMINAM* debito mancipatu & obſequio, depoſiturus, digniore nomine, & oratione tantam Virginem affari non potui, quàm eo, quo *ILLAM* ſancta Mater veneratur Eccleſia, hymnóque vetuſtiſſimo ſalutat, *SALVE REGINA, MATER MISERICORDIAE, VITA, DULCEDO, ET SPES NOSTRA, SALVE.* Brevis hæc, aſt pretioſa eſt panegyris, & ſupplicatio, tot magnis referta myſteriis, quot magnis concepta & conſcripta eſt nominibus, tot viris, ſanctitate, ſapientiâ, doctrinâ & authoritate illuſtribus, cantata, celebrata, commendata, tot magnis Eccleſiæ luminibus illuſtrata & culta, tantâ reverentiâ & humilitate exercita, ut Seraphicus Doctor Bonaventura in hoc ſacro Hymno promendo, cæleſtem quendam horrorem incutiat, & profundiſſimam animi demiſſionem, ſalutaturis imponat, moneátque *ad ſalutandam Beatam Virginem MARIAM deberi ejus magnitudinem conſiderari. Nec enim circa Filium ejus*, inquit, *potuit ampliùs elevari, quàm ut Mater Dei vocaretur. Exultans ergo & admirans Magnitudinem Matris Noſtræ, devotè ac reverenter, ad ipſam accedens dicito, SALVE. Hoc dicto ſtatim in* tuam

S. Bonavent. ſtim amor. T. 7. p. 3. c. 19. fol. 231.

tuam resilias parvitatem, & magnificentiam Matris Dei: & dic: Patientiam habe in me Domina, quòd ego vilissimus hominum, audeo assistere tantæ Dominæ, & salutare præsumo, Reginam Cælorum, Dominam Angelorum, Matrem Dei mei! Et quamvis sis Arca veteris Testamenti, & ego multò ignobilior, tamen cùm te tetigero corde, & salutavero ore, non credo percuti, sed Tuo amore potiùs inflammari, & Tua pietate largissima, in omnibus exaudiri. Ergo Salve Regina. Salve, quæ multùm solicita es, miseros, in tuos filios adoptare, hos regere Domina vis, & ideò Regina misericordiæ vocaris. Quid ergo de cæterò formidamus, quid timemus, & quis à te, quod petierit, non habebit? Certè nullus, nisi qui se miserum non agnoscit: quia non subest Tuo regimini nisi miser. Illi ergo soli paveant, qui se existimant esse justos, & superbi, præsumptuosi, qui Tuo regimini non subsistunt, & illi miseri, qui Tuam misericordiam non requirunt. Ac proindè procul hinc procul este profani cristatæ superbiæ filij, vestro majores supercilio! Augustissima Humilitatis Magistra, non amat insolentis salutationis fastum: abominatur elatas frontes, Prov. 6. v. 17. detestatur oculos sublimes, horret arrogantiam, quæ cùm Mater Dei audiret, *ANCILLAM DOMINI* se professa est, sic testante mellifluo Doctore Clarævallensi, *Mater Dei eligitur, & ancillam se nominat: non mediocris revera humilitatis insigne, nec elata tantâ gloriâ oblivisci humilitatem. Non magnum est esse humilem in abjectione: magna prorsus & rara virtus humilitas honorata.* Humillima Virgo, humilitatis amantes amat, & in humilitate simplicibus suas largitur gratias, & dispensat beneficia. Hanc Regiam Virginem non sanguinis claritudo, non Serenissima Regum, avorum, proavorum, atavorum, abavorum continuata series, non Majorum gloria, non insolens sapientia, non formosa verecundia, non insueta Virginitas, sed profundissima mentis humilitas Matrem Dei

S. Bern hom. 4. sup. miss. post. med.

Dei elegit, fecitque, sic testante panegyrista illius dulcissimo, *ex virginitate placuit, ex humilitate concepit* : atq; exinde *beatam illam dicunt omnes generationes* , quæ in cælo, & super terram sunt, Reginámque suam & Dominam totius Universi reverentur, & salutant sacro illo cantico, *SALVE REGINA, Mater misericordiæ, vita, dulcedo, & spes nostra, salve.* Hæc de throno gloriæ suæ amanter suscipit supplices, fovet miseros, audit *clamantes exules filios Evæ* ; admittit *suspirantes* , *solatur gementes & flentes in hac lacrimarum valle*; est in omnibus adversitatibus, *Advocata nostra* , *& illos suos misericordes oculos ad nos convertit*; fidelium servorum suorum miseretur, ut *JESUM benedictum fructum ventris sui, nobis post hoc exilium ostendat*, Regina *Clemens*, Mater *Pia*, affectu & gratiâ *dulcis Virgo MARIA.* Eos autem blandiore vultu intuetur, benigniore sinu excipit, majoribus cumulat beneficiis, quos magnæ humilitatis studiosos, sui sequaces nanciscitur , tam excellentis hymni devotos aut cantores, aut oratores. Pretiosus hic hymnus est, suáque venerandus antiquitate, & pientissimi Authoris conceptu suspiciendus, inter celeberrimas Ecclesiæ Romanæ hymnodias relatus, à viris sanctissimis æstimatus, tantam in hæc usque tempora , longissimo labentium annorum intervallo, sanctitatis authoritatem obtinuit, ut *ILLO*, magnis *MARIAE* cultoribus, quotidiana precatione, nihil sit antiquiùs, nihil dulciùs, nihil accceptiùs, nihil delectabilius. Hujus cantici ortum, progressum, authorem & auctorem, sanctorum Virorum commendationem, cultum, encomia, virulenta, in eundem, hæreticorum odia, calumnias, blasphemias , hostium antimarianorum insectationes, perniciosa judicia & effata, sequens ad MARIANUM Lectorem exponet præfatio. Magnus certè Bernardus, cui familiaris hic hymnus , & à crebra Virginis salute , quotidianus erat, cùm Legati Apostolici, ad Romani Imperij

Idem ut sup.
Luc. 1.

perij Electores & Principes, munere fungeretur, Spirensémque Ecclesiam, millium hominum præsentiâ refertam ingrederetur, conspectáque in Ara summa Deiparæ Icone, ter genibus flexus, Virgini suæ dulcissimæ, filiali affectu SALVE REGINA diceret, audiente tota populi multitudine, resalutantem audire meruit Virginem & dicentem, & tu *SALVE BERNARDE*. Quantis cælestium gaudiorum delitiis dulcissimum Bernardi cor cumulatum diffluxerit, quantis repletum solatiis incesserit, quantis exultârit jubilis, quantis gratiarum divinarum thesauris locupletatum abundârit, nemo nisi expertus, totus in Virginis laudes effusus raptúsque, qui præter copiosos in Magnæ Matris gloriam; laudes, honorem, & amorem comparandum, scriptos affectus, elogia & encomia singulari quadam contentione, in hoc tam nobile,, tam augustum canticum *Salve Regina*, quatuor, omni teneritudinis, & dulcedinis affectu refertos. magni in Reginam suam amoris, & delitiarum suarum testes, scripsit sermones, Bernardus eloquetur. Tanti Viri Marianas panegyres exculta dissertatione declamantis, æmula contentione, & meditatione imitatus Doctor Seraphicus Bonaventura, eundémque hymnum, melo rhythmico in strophas 29, distributum, tenera suavitate concinnatum, docta pietate, piáque elegantia elaboratum concinnavit, itáque succosè cecinit, ut plurimùm de Mariano Bernardi lacte, dulcissima sua eloquentia delibasse videretur. Rhythmus hic Rhetoricus, materiæ suæ pretio, & amabili concentu, animum accendit, quo calefactus id auderem, quod celeberrimus, sæculi nostri gloria, Jacobus Balde, S. J. facetus, disertus, ingeniosus, & suavis, de universa Humanitatis palæstra optimè meritus, Poëta, ex eodem S. Doctore, Philomenam seu Philomelam, dulci modulamine, scribente, argumentum canendi sumens, feliciter, suaviter, eruditè, & paraphrastico concentu, Boëthianis ut plurimùm

S. Bern. fol. 1734. 1737. 1739. 1743.

S. Bonav. Tom. 7. c. 19. Et Tom. 6. p. 2. fusiùs.

mùm metris expreſſo, pari cum ſancto Cardinali, paſſu incedens, hagiophilam illius volucrem, genuina imitatione, diſertè & acutè expreſſit. Auſus ſum, inquam, ſic animatus, MARIANAM ejusdem S. Epiſcopi hymnodiam, Magnæ Cælorum REGINÆ decantatam (SALVE REGINA) odis meis illigare, & præſumptuoſè magis, quàm, fortaſſè feliciter (non tamen ſine tenero piæ voluntatis deſiderio) tractare, imitari & canere, ſicque *Divam meam* alienæ inventionis & modulationis auxilio, argumento & ſubſidio (meis licet verbis) ſalutare, ut ex hac ſalute, ad perennis ſalutis gratiam & gloriam, ante thronum Majeſtatis, humanæ ſalutis Genitricis, ſupplex orator ſalutem quærerem & invenirem. Et hunc tam nobilem, tam ſublimem, tam auguſtum, tam ſanctum, Deiparæ delitioſiſſimum, à tot Sanctis cultum, Tibi Illuſtriſſime Domine Domine Sac. Rom. Imp. Comes, ab Illuſtriſſimo & ſanctitatis & doctrinæ fama venerabili Hermanno Contracto Comite de Veringen compoſitum, pio & dulci labore meo, magno affectu, partheniâ lyrâ, odísque duodenis metricis cantatum, SS. PP. paraphraſi confirmatum, religioſa demiſſione offero, Tuæque notiſſimæ Humanitati, affabili comitati, magnæque Tuæ in Deiparam pietati Dico, Dedicóque, protectioni, patrocinio, præſidióque committo ac Tuum tranſcribo. Hoc autem Illuſtriſſime D. D. Comes, ut in Te auderem, induxerunt me magnorum Virorum, probitate, prudentia & eruditione eximiorum matura conſilia, ſuaſerunt complura amicorum, tum Tuorum, tum meorum defæcatiſſima judicia; excitavit nominis Tui, à virtute famoſi æſtimatio; ſuaſit præ omnibus, perſuaſitque vetus mea in Te devotio, notitia, & exploratiſſimus affectus; quibus inductus ſtimulis, auſus ſum librum hunc, mole ſua quidem tenuem & parvum, magnitudine tamen argumenti, non puſillum, dedicare, ut vel exinde Te dignus ſit, quia

MA-

MAGNÆ CAELI, TERRAEQVE REGINAE nomini inscriptus, magnitudinem ex ipsiusmet tituli majestate participat. Gratulabantur mihi amici mei, me in Te Mecænatem tam eximium repcrisse, ex cujus nominis dignitate, libro quoque authoritas, & ex Tuæ virtutis fama, pretium accederet. Fateor equidem, cùm Te primùm salutarem, librúmque dedicandum offerrem, ex innata Tua modestia, & magna animi demissione, nonnihil, quasi dubium, subticuisse, ac tandem, pro Tua humanitate subjecisse, hanc honoris, famæque (ut quidem ex verecundia Tua opinabaris) gloriam, majori potiùs Patrono, quàm Tibi deferri debuisse, itáque hunc meritum honorem declinavisse, ut eum nonnisi læsâ quodammodo modestiâ, me impensiùs supplicante, acceptare viderêre. Ea nempè ab adolescentia Tua nota virtus, tecum sic excrevit, ut jam in adulta ætate, quid in teneris ex virtute didicerit, cui assueverit, etiam in minimis demonstret, & quantùm possit in maximis, sapientibus exhibeat. Novi Virtutis Tuæ pretium in politioribus literis, novi industriam, novi studium, novi profectum, & præ omnibus coævis Tuis insignem scientiæ eminentiam. Hæc Te omnibus amabilem, hæc gratiosum, & æstimabilem fecêre. His illectus, his persuasus virtutum Tuarum gratiis & talentis, Illustrissimus Patruus Tuus D. D. Melchior S. R. I. Comes de Gassin, Supremus Cameræ Wratislaviæ Præses, præclara de Ecclesia, fide Catholica, Cæsare, August: Domo Austriaca, Patria, & omnibus supplicibus, viduis, pupillis & afflictis meritus, cùm commendabilem in perpetuo cælibatu, vitam ageret, hæredem Te suarum facultatum & Virtutum constituit, & Familiæ illustrandæ, per eruditionem, sapientiam, industriam, & præclara pro Patria facinora, esse voluit. Enim verò Vir ille Illustrissimus, sapientissimus, mihi notissimus, meâ quidem sententiâ, fatis vicinus, meliùs nihil, nihil rectiùs fecisse videtur,

tur, quàm cùm fortunas suas in Te unum composuit, à quo fortunæ plurimorum collapsuræ aliquandò sustentarentur, fractæ miserorum restaurarentur, bonorum foverentur, pressorum levarentur & reflorerent. Fortunatos exindè existimo binos Silesiæ Oppoliensium & Rattiboriensium Ducatus, quòd Te supremo Judice, fortunas suas videant feliciter dirigi, causas defendi, Remp: conservari; Tua prudentiâ moderari Comitia, sapientiâ disponi consilia, industriâ promoveri judicia; animos comitate conciliari, suavitate flecti, æquitate gubernari, lenitate vinciri, mansuetudine in amoris & gratitudinis affectus excitari. Raræ, & exquisitissimæ virtutis est, in prosperis non extolli, adversis non dejici, honoribus non evanescere, opibus non insolescere, muneribus non corrumpi, cupiditatibus non emolliri, vindictam non sumere, passionibus non flecti, iræ non succumbere, abundare & non prodigere, æquitatem servare, temperantiam colere, ubique benè audire. Hæc omnia in Te suspici Illustr. D. D. Comes, in Te coli, in Te commendari, fatentur ij, quibus vitæ Tuæ ratio cógnita & actionum Tuarum probata est experientia. Scio Illustr. D. D. Comes Te ad laudes Tuas (quod ingenuæ & nobilis est Indolis) erubescere, scio Te malle laudabilia magis facere, quàm audire, scio Te nullis humanæ gloriæ favoniis insolenter afflari, nec moveri: virtutis tamen meritis nil derogari, nil detrahi debet, cùm, ut ait Aristoteles, *Virtutis & beneficentiæ merces sit gloria.* Et teste Val. Max. *Virtutis uberrimum alimentum sit honor*: non succensebis, opinor, si quod Tibi ex Virtutis merito debetur, apertius pronuncio. Non soleo prodigere encomia: scio magnos Viros, & veras laudes mereri, & contemnere: scio etiam, quid benè actum sit, illos non respicere, nec in censum laudis computare, sed semper benè agenda meditari, *Nam proprium virtutis est, non quid actum sit,* *sed*

Arist. l. 2. Eth. cap. 4.
Val. Max. l. 2

Franc. Petrar. dial. 10.

ſed quid agendum ſit, nec quid adſit ſibi, ſed quid deſit attendere: Unde eſt, ut ſæpè illam non de quæſito gloriantem, ſed de quærendo ſolicitam videamus. Dicerem ſi liceret, avaram, aut certè avaritiæ ſimilem eſſe virtutem: jugiter ſitit, quotidiè inardeſcit: quò plus quæſièrit, eò ſibi pauperior videtur, & plus appetit. Nullus ei deſiderij modus eſt: nullus ſat magnus cumulus meritorum: Nunquam conſummatam ſe judicat, non confidit, nihil arrogat, ſemper in actu eſt; ſemper quaſi nunc incipiens accingitur. Hinc continuum notiſſimæ Virtutis Tuæ exercitium, quod ubique cum laude præſtas, continua quoque, in quorum oculos & aures incurrit, meretur encomia, doctiore, quàm rudi meo calamo, digna commendari. Pauca è multis, eáque notiſſima, & vulgi fama celebrata, perſtringo tantùm, non exaggero. In theatro poſitus es, in quo minimè fallere licet oculos, nec virtutis pretium, nec ornatum celare. Spontè, etiam invito Te, ſe prodit omnibus officioſa, omnibus obſequioſa Virtus Tua. Hinc aſſerente Tullio: *Nihil virtute amabilius, nihil eſt quod magis alliciat homines ad diligendum: quippe cùm propter virtutem, & probitatem eos, etiam quos nunquam vidimus, quodammodò diligamus. Nihil eſt virtute amabiliùs, quam qui adeptus erit, ubicumque fuerit gentium, à nobis diligetur.* Suaviſſima Tua Illuſtr. D. D. Comes, in verbis humanitas, in actionibus dexteritas, in conſiliis maturitas, in affectibus moderatio; in moribus compoſitio, in judiciis circumſpectio, erga ſummos reverentia, erga mediocres modeſtia, erga infimos benevolentia, erga ſupplices indulgentia, erga miſeros beneficentia, Te cunctis fecit amabilem, acceptabilem, gratioſum, ita ut non tantùm duorum Ducatuum finibus Tuæ concluderetur virtutis æſtimatio, ſed etiam ultra terminos Sileſiæ, in Auguſtiſſimam quoque Domum Auſtriacam, Aulámque Cæſaream Tuæ propagaretur fama prudentiæ & ſoler-

Cicero de amicitia in princ.

lertiæ, dignúsque cenſereris, qui non tantùm Sac. Cæſ. Majeſtatis, Invictiſſimi Imperatoris Noſtri Leopoldi I. glorioſi Victoris, & contra hoſtes Otthomannicos feliciſſimi Triumphatoris, Conſiliarius & Camerarius Actualis, magno tanti Monarchæ privilegio & gratiâ dici, & eſſe merereris, verùm etiam Sereniſſimi ac Reverendiſſimi Principis ac Domini Domini Franciſci Ludovici, Epiſcopi Wratiſlavienſis (titul.) ſupremi per Superiorem & Inferiorem Sileſiam Capitanei, Principis ac Domini Domini Noſtri Clementiſſimi, Supremus Aulæ Moderator, tot inter Illuſtriſſimos & eximios ejusdem muneris Candidatos, Unus & Unicus eligereris & præficereris. Ea nempè Virtutis eſt reverentia & excellentia, ut magno ubique in pretio æſtimetur, ſuúmque poſſeſſorem, etiam non viſum reddat amabilem, & deſiderabilem. Valer. Max. lib 2. Nolo hic Illuſtriſsime D. D. Comes Clariſsimam Illuſtriſsimæ Familiæ Tuæ proſapiam, nolo ejusdem merita, ceu propriæ laudis egenti, precariâ quadam neceſsitate, aut mutuatis à Majorum Tuorum gloria, in decus Tuum, corrogatis ſubſidiis in partem laudis adducere: nolo ſplendorem adſcititium, ex Genealogiæ Tuæ lumine in Te derivare; abundè Tibi ex propria virtute, tot meritis illuſtri, fulgoris eſt. Virtus non eget, nec quærit Generis claritudinem, cujus ipſa Mater eſt, & principium. *Per ſe ait* Tullius, *Virtus clara, æternáque habetur*: hanc circulo deſcripto emblematis vicem deſignaveris, hoc addito Cicer. l 1. de Nat. Deor. lemmate, *CELAT PRINCIPIA VIRTUS.* Indecores alienæ laudis ſtibio peruncti, fatua quadam ambitione, Majorum ſuorum gloriam in ſuæ famæ patrimonium trahunt, amántque ex alieno Natalium ſuorum ſplendore, faſtuoſè ſuſpici, qui proprio lumine deſtituti, præter clarum Familiæ ſuæ jubar, nihil radiorum habent, ſuntque veluti in libero æthere vagabunda nubes, quæ ſolis radiis percuſſa, ita formoſi illius ſideris lumen induit, ut

ſolem æmulata, proprio fulgore micare videatur: aſt ubi ſerenum ſuum jubar, cæleſtis ille oculus averſo vultu ſubtraxerit, citò evaneſcit illa ſplendoris alieni pompa, & quàm vanùm fuerit, alienâ gratiâ ſplendere, proprio lurore volatilis ille vapor oſtendit: cui apprimè hanc adſcripſeris epigraphen, *aliena luce decora.* Haud aliter quorundam faſtus & inſolens ambitio, omni propriæ virtutis ornamento deſtituta, flagitiis, cæteríſque infamibus animi notis deſpicabilis, nullam aliam laudem, quàm è proſapiæ ſuæ ſplendore mutuatam, tanquam ſuppetias in veræ laudis ſupplementum advocat, & nonnunquam ſuperbiſsima jactantia, usque ad ovum Ledæ faſtuoſiſsimè prolabitur. Vera virtus non cadit in terram, ut cæteri infantes: non involvitur faſciis: nullam gravat obſtetricem: de pulvere ſurgit, de cujusque cerebro, ut Pallas de Jovis vertice proſiliit cum haſta & clypeo. Quid devolveris ad ſegmentatos toros & proſapiam meliùs tacendam? *Omnis ſangvis concolor, plebejus & regius: purpuram & tritam lacernam diſcriminat coctus murex. Neminem ait Plato, Regem non ex ſervis eſſe oriundum, neminem non ſervum ex regibus. Omnis iſta longa varietas miſcuit, & ſurſum deorſum Fortuna verſavit.* Arbitratus eſt miles aliquis injuriâ ſe affici, quòd originem quæſiviſſet Imperator. Bellona, inquit, me genuit, Mars auſpiciis Geticis luſtravit infantem: Victoria nutrix fovit ſinu: cadentem de matre clypeus excepit: ego vix auras traxi, & jam alliſi vagitum umbonibus: Medius fidius, animoſè in paucis. Familiæ gloriâ, à propria cujúsque virtute metienda eſt. *Nobiles illi*, ait Ariſtoteles, *videntur eſſe, in quibus Majorum virtus ineſt ac copiæ.* Plato Nobilitatem in quaternos diviſionis gradus diſpertiens ait: *alterum eſt Nobilitatis genus, idque præſtantisſimum, cùm quis per ſe, animi magnitudine excellit, & propria virtute, non aliena glorioſus evadit. Pulcrius*

[Margin notes: Jac. Balde Uſu Batrach. l. 1. mihi fol. 150. — Seneca Ep. 424. — Jac. Balde ut ſuprà. — Ariſt. lib. 5. de Rep. cap. 1]

eſt

eſt, ait Plautus, *nobilem virtute fieri, quàm naſci.* Cui adſtipulatur Seneca : *Non facit nobilem atrium plenum fumoſis imaginibus: Nemo in noſtram gloriam vixit : nec quod ante nos fuit, noſtrum eſt. Animus facit nobilem ; cui ex quacumque conditione ſupra fortunam licuit ſurgere.* Hinc Satyricus Plautus in Merc. Senec ep. 44 Id. Ep. 28.

Stemmata quid faciunt? quid prodeſt Pontice longo
Sanguine cenſeri? pictos oſtendere vultus
Majorum, & ſtantes in curribus Æmilianos?
Tota licet veteres exornent undique ceræ
Atria, Nobilitas ſola eſt, atque Unica Virtus.

Juvenal. Satyra 8.

Hæc Comes Virtus, Illuſtriſsime D. D. Comes, Te facit illuſtriſsimum, hæc proſapiam Tuam illuſtrat, hæc ſplendorem & decus addit decori, hæc Tibi fabricat encomia, hæc conciliat affectus, hæc imprimit amorem, hæc cultum ac reverentiam, hæc ſubjectis obſequium & obedientiam, hæc glorioſæ Te inſcribit æternitati. Generis, & aviti ſtemmatis claritas, magnæ conjuncta virtuti, eſt pretioſus lapis, aureo incluſus annulo cum hac epigraphe, *Ex utroque pretium.* Ex utroque Tu quoque pretioſus es Illuſtriſsime Domine Domine Comes, pretioſior autem his omnibus eſt, magna Tua in *Magnam Dei Matrem* pietas, devotio, religio, quà ſic in ejus amorem, cultúmque effuſus, ſic illigatus es, ut piaculi vicem habeas, quotidiano penſo Mariano, Eam non colere, non orare, fidelis Clientis officium non præſtare, obſequium ſupplicis ſervuli non agere, amantis partes filij non exhibere, *Divam Tuam* devotiſsimis votis non celebrare, non ſalutare, non coronare. Hæret animo Tuo

 fixa

S. Bonav. Psalt. Mar Ps. 149. v.6. fixa S. Doctoris Seraphici tessera: *Exaltabo te Mater filij Dei, & per singulos dies cantabo laudes tuas.* Et ex abundantia cordis psallis cum eodem sancto: *Laudationem*

Idem. ibid. v. 10. *tuam loquatur lingua mea, & benedicam te in sæculum sæculi.* Volupè Tibi est Archangeli è cælo in Terras Le-

Idem. Tom. 7. stim amor. p. 3. c. 16. mihi fol. 227 gati, ad Virginem Nazarenam missi, vices agere, & cum S. Doctore eodem dicere: *Salutare te præsumo: confido certè dulcissima, de nimia bonitate tua, & tuo inflammatus amore, te quamvis indignus nimiùm, non vereor salutare: Ave: Quid mihi Domina dulcius tuo ave! O mirum ave! quod quadam cælesti dulcedine inebriat cor devotum. Certè jam dicere potest devotè salutans, liquefacta est anima mea, ut salutavi Dominam meam: defecit cor meum & caro mea dum alloquor Dominam meam. Quis in te non deficiet Virgo sacra, dum cernit hac salutatione prævia te Filio Dei imprægnatam? Quis homo non deficit, dum cernit Dei filium tuo utero bajulari, tuo lacte nutriri? Quid ergo libentius audis O Domina, quàm salutationem, quâ cognosceris Mater Dei? sic in te vis homines jucundari, ut semper in eum, cujus Mater es, refundatur affectus. O ave, & iterum ave: nam cor nostrum aperuit os tuum. O ave! O admirabile & superadmirabile ave, ad quod dæmones effugantur, peccatores liberantur, filij delectantur: Angelus gratulatur, VERBUM INCARNATUR, Virgo gravidatur. Certè ave, cujus fructu creaturæ renovantur, homines redimuntur, Angeli reparantur. Ergo tibi ave Universa Creatura sine fine promat. O dulcissimum, & suavissimum Ave, quo terrestria lætantur, cælestia jucundantur. O ave, quod intellectum irradiat, affectum satiat, mentem ad cælestia levat: quo animus illustratur, pectus dulcoratur, caro maceratur.* Hac dulcedine anima Tua Illustrissime D. D. Comes toties afficitur, quoties pro more *Divam* Tuam ange-

ge-

gelica Salutatione, quotidiano Tuo penſo, colis, ſertóque Mariano, in ſenas roſarum myſticarum decades & ternos flores compoſito, Auguſtiſſimam Reginam Tuam coronas, & ſexageſies ter ingeminas *AVE MARIA.* Huic dulciſſimo *Tuo AVE*, adjungo *MARIANUM SALVE*: illud ab Angeli, hoc ab hominis voce pronunciatum. Utrumque Deiparæ in amoribus eſt: utrumque cordi; & ut labor meus Deiparæ gloriæ conſecratus, huic *SALVE* cantando impenſus, odis duodenis abſolutus, Tibi quoque amori & cordi ſit, etiam atque etiam Illuſtriſsime D.D. Comes demiſsiſsimè oro. Fuit hoc SALVE (canticum MARIANUM) Magno Bernardo, mel in ore & jubilus in corde, ſic enim de eo pronunciat: *Fundamentum ejus internæ dulcedinis Suavitas eſt. Eſt ſuave ad gratiam, fæcundum ad ſenſum, profundum ad myſteria. Suaviter ſonat, mulcet affectum, & de ſenſuum ubertate mentem impinguat, & in ſanctam ſanctorum, Advocatam ſcilicet noſtram, dum EAM quaſi præſentem ſalutat, omnia interiora noſtra, medullitus inflammat.* Delectare ergo & Tu Illuſtriſsime D. D. Comes, ſuavitate & dulcedine ſacri hujus cantici, quod Magnæ Reginæ Hermannus Contractus Comes de Veringen olim cecinit, nunc denuò honori Tuo cano, Tuóque patrocinio iterum, iterúmque Dico, dedicóque, ut ſub Tuo præſidio tutior antimarianorum non vereatur odia, nec ſentiat dentes, rideat inſultus, contemnat calumnias, Túque aliquando Illuſtriſsime D. D. Comes, cùm venerit illa ſuprema ad iter æternitatis hora, ejusdem Virginis patrocinio & præſidio indigus, confidenter audeas auxilium ejus implorare & dicere: *ſub Tuum præſidium confugimus ſancta Dei Genitrix, noſtras deprecationes ne deſpicias, in neceſſitatibus noſtris, ſed à periculis cunctis libera nos ſemper Virgo glorioſa & benedicta. Domina noſtra,*

S. Bernard. ſerm. ſup. Salve mihi fol. 1734.

nostra, mediatrix nostra, advocata nostra, tuo Filio nos reconcilia, tuo filio nos commenda, tuo filio nos repræsenta.
S. Bernard. medit. sup. Salve mihi fol. 1734. *Et JESUM benedictum fructum ventris tui nobis post hoc exilium ostende, ut videndo ipsum habeamus: ipsum videndo beatitudine repleamur: O Clemens! O Pia! O dulcis MARIA! O clemens indigentibus, Pia exorantibus! dulcis diligentibus! O clemens pœnitentibus, pia proficientibus, dulcis contemplantibus! O clemens liberando! pia blandiendo! dulcis donando! Clemens consolando! pia blandiendo! dulcis osculando! Clemens subjectis, pia jam correctis, dulcis prædilectis. Amen.*

Ita vovet, ità animitùs precatur

Illustrissimæ Dominationis Tuæ

Devotissimus & humillimus
in Christo Servus

MATHIAS SCHMUKER, S. J.

PRAE-

PRÆFATIO
AD
MARIANUM
LECTOREM.

ERe futurum, ac pænè etiam necessariùm judicavi, ut quòd ignorant fortassis plurimi, sacri hujus Cantici mysterium, ortum, progressum, authorem & auctorem exponam; & quantùm à SS. PP. æstimatione, cultu, veneratione & authoritate commendatum; quantum ab hæreticorum in Virginem sanctissimam frendentium rabie impugnatum, ab AntiMarianorum quorundam Deiparæ infestorum dentibus arrosum, à superbis, antiqui serpentis, calcaneo Virgineo semper insidiantis, Satellitibus vellicatum, mutilatum, immutatum, decimatum per summum nefas fuerit, authoritate magni in Ecclesia Viri, sanctitatis & doctrinæ fama eximij, defensoris catholicæ fidei egregij, hæreticorum, pro tuenda Dei gloria & fidei incremento, impugnatoris acerrimi, Deiparæ Virginis Zelotæ ferventissimi, Hymni hujus MARIANI propugnatoris doctissimi ac fortissimi Petri Canisij S. J. fusiùs, declarem & demonstrem. Ea est, quam subnecto, Viri, omni exceptione majoris parasymeíosis eruditissima. Non satis visum est nostris & Ecclesiæ inimicis, si de solennibus titulis MARIÆ tributis publicam querimoniam instituerent, nisi speciatim hoc etiam canticum *SALVE REGINA*, quod in Ecclesia decantatur, hostili-

Petr. Canisius lib. 5. de Deip. Virg. cap. 13. mihi fol. 616. &c.

ter impeterent, suísque scriptis vulgò infamarent. Wilhelmus Bidenbacchius & Lucas Osiander, ne sint parùm procaces, impium & insalutare hoc canticum vocant. Quodsi Jacobo Heerbrando credere fas est, quotidiana & planè idololatrica MARIÆ adoratio, quæ in omnibus templis Papisticis exercetur, ejusdem Cantici verbis, scilicet, continetur. Tam pulcrè isti sub Magistro suo Luthero profecerunt, qui, ut probet in MARIÆ honorem nimis profundè itum esse, hoc ipsum Canticum, velut manifestum veteris vanitatis argumentum, in medium profert. Immodica enim nec ferenda hæc esse putat encomia, quòd Deiparæ accinamus. *Salve Regina misericordiæ, vita, dulcedo & Spes nostra.* Quis quæso, inquit, hoc commodè interpretabitur, quòd sit *vita nostra, dulcedo, spes*? Nonne hoc est Christi gloriæ detrahere? quòd Creaturæ tribuimus ea, quæ Dei sunt, eique soli competunt? Ubi rursus Luthero Calvinus adstipulatur, ac hujusmodi fictitios titulos, ac inania figmenta videri vult, quibus temerè MARIAM ornemus. Accedit his Matthias Rodt, Lutheri discipulus & Lindaviensis Minister, qui ut bonas horas malè collocet, suúmque populum Lindaviensem à MARIÆ laudatione & cultu magis ac magis abalienet, dictum Canticum integro & virulento scripto convellendum, multísque modis depravandum jam pridem suscepit. Verùm *a.* Georgius Tornoander insulsi hominis calumnias jam dudum detexit, doctáque refutatione contrivit: & in eadem arena cum laude pugnarunt *b.* Augustinus Aveldianus, *c.* Caspar Schatzgerus aliíque nonnulli.

Contra Theses Dilingæ disputatas. In disput: de hæreticis, an sint puniendi.

In Evangel. de festo Nativ. Mariæ.

In cap 1. Luc

a. In Apolo. pro defend. Cant. Salve Regina.

b. In assert. Alveldia: contra impios Deip. obmurmurat.

c. Lib. de Sanctor. implorat.

Ingens profectò adversariorum est arrogantia, qui, quidquid ipsis non arridet, id statim mutandum ac abolendum censent, atque ex aliorum insectatione, veterúmque rituum contemptu, sibi, ac suæ sectæ laudem stultissimè captant, tantóque supercilio Majores nostros, quamlibet pios, ac sapientes ob ejusdem Cantici receptum usum tùm impietatis, tùm blasphemiæ audent atrociter insimulare. Quantò autem rectiùs hæc nota in ipsos competit, qui cùm Catholicam religionem tanquam veterem togam exuerunt, magistri mendaces facti sunt, per quos veritatis via blasphematur, sicut Petrus Apostolus de talibus sub mundi finem futuris disertè prædixit, qui & sectas perditionis, novámque religionem essent introducturi. Primùm, igitur, quiquid hoc est cantici, in formam aliam transmutarunt, Christo tributis epithetis, quæ ad MARIAM antea referebantur, nimi-

2. Pet. 2.

rùm

rum ut boni reformatores in deformanda Ecclesia hoc etiam specimen ederent. Deindè quoniam pigebat & tædebat eos cum Catholicis aliquid habere commune, tanquam impium & blasphemum idem Canticum omni ex parte repudiarunt, ac probris gravissimis contaminarunt. An verò quisquam, nisi blasphemus & impius, tantum crimen Universæ impingat Ecclesiæ, quantum isti prorsus effrontes impingere non erubescunt. Verum nos de Cantici hujus origine & approbatione dicere aggredimur. Anni sunt quingenti & amplius, quòd Henricus II. Germanicum Imperium administraret, sub quo Vir generis Nobilitate, nec doctrinæ solùm, sed etiam sanctitatis præstantia illustris Comes de Veringen Hermannus Contractus Germanus floruit; idémque dicitur author Cantici *SALVE REGINA*, ut indicant etiam Centuriatores. Quamquam ex aliis & vetustioribus Ecclesiæ Scriptoribus, liquidò percipi potest, MARIAM similibus, ac etiam præstantioribus, quàm in hoc ipso Cantico comprehensis præconiis, jam olim salutatam, ac publicè decoratam esse, nihil ut novi adferat, quisquis demum hoc Canticum primus, intra sexcentos annos, aut condidit aut evulgavit. Quod sanè priusquàm in usum tot Ecclesiarum induceretur, à doctis examinatum, atque approbatum haud dubiè fuit, ut certò constaret, omnis & impietatis & blasphemiæ hic abesse notam, & quidquid in eo contineretur, DEO & MARIÆ gratum, Christianísq; hominibus frugiferum esse. Nec defuêre, posteà viri, tùm eruditi, tùm sapientes, qui Canticum idem jam solenne factum explanârint, aliisq; commendârint, sicut & ille commentarius, quem Bernardi operibus insertum habemus, apertè declarat. Tum vetus & apud Spirenses celebris testatur historia, quæ â Guilhelmo Eysengreinio, rerum Spirensium scriptore fide digno, repetita est, cujus etiam non obscura vestigia Spiræ commonstrantur: testatur, inquam, Bernardum Claræ vallensem Abbatem, qui tunc Apostolicum Legatum ad Germanos missum agebat, cùm Spirensem Urbem fortè peteret, à Clero & populo reverenter exceptum, atque ad primariam ædem Deiparæ sacram, quæ adhuc exstat, honorificè deductum esse, refertissimâ hominum turbâ, in qua Rex Conradus primas tenuit, illum solenniter prosequente. Tanta visendi Bernardi inerat omnibus cupiditas, de cujus clarissimis frequentissimísque miraculis & insigni sanctimonia, tota ferè Germania & Gallia obstupescebat. Quo tempore sub ingressum templi, cantatum est *Salve Regina*, Bernardo genua flectente, & concinente, *O Clemens, O pia, O dulcis MARIA*, singulari

centur. 11. cap. 10.

Serm. de Salve Regina.

Libr. 12. Chronicor. de ea Urbe Spirensi.

)( )( )(2 etiam

etiam miraculo, ut veteres narrant annales, accedente. Nam ut meminit Guilielmus Gumppenberg, Societatis Jesu, de miraculosa Icone Spirensi. Vix hymnum absolverat sanctus, cum erectus in pedes, per longum Basilicæ fornicem progreditur, atque ter in genua, distinctis aptè intervallis, provolutus addit verba cantico nova, *O Clemens, O pia, O dulcis Virgo Maria*, audiente ingenti populi multitudine, & sanctitatem hominis ipsâ majorem famâ, demirante. Sub hæc Vox ab imagine Virginis (cujus statuam benè grandem, jam ab ipsa usque porta, in ara summa prospiciens, solemni hoc Hermanni Contracti hymno, *Salve Regina* salutaverat) audita est, quæ salutantem Bernardum, resalutaret in hæc verba, *SALVE BERNARDE.* Ut novum non esset Bernardo, audire Virginem sibi loquentem, novum tamen erat, audire tot, qui tunc aderant, testibus omni exceptione majoribus, qui & certa inde sanctitatis indicia promebant, & negotiis, quæ vir ad commune bonum tractaturus advenerat, finem quem ipse optaret, prospiciebant. Et respondit eventus. Etenim cùm Regi Romanorum, cæterísque Imperij Principibus cum fide narrata sunt, quæ contigerunt, non difficulter paci, quam suadebat Bernardus, dedêre manus, Sed & ipsi Bernardo, qui junctos in ipsam usque Turciam, vel ducturus vel missurus erat. Etenim cruce ab illo accepta, nemo non fuit, qui non in Turcas iret, vel certè ære suo alium sibi sufficeret. Tantam rem, ne ventura aboleret vetustas, pluribus modis caverunt Majores: nam & verba hæc cantico addita sunt, hodiéque per Ecclesiam permanent, & ipsis in vestigiis, ubi dicta à sancto sunt, metallo in marmore, plastes scripsit, & debitus statuæ cultus datus, quo in hæc usque tempora, nullo non die, horâ post meridiem quartâ, solenne illud *SALVE REGINA*, cantatur, populi Catholici pietate, in hanc usque diem non imminuta. Certè discipuli Gymnasij Societatis JESU, quotquot sunt, nullam tam gravem causam habent, quæ abesse permittat, & absentem justè excuset. Imperator præ aliis, Monasterium Bernardo, quàm primùm condidit. Imperatorem sequuti Principes, Comitésque certatim paria promisêre, ac præstitere. Ita MARIÆ cultus per Bernardum, ejúsque alumnos in Germania incrementum accepit. Ipse Clerus metro poëtico historiam officio Divino inseruit, ut res posteris religiosa permaneret. Tantùm potest in perpetua tempora vox Virginis una. Si tantam voci Tuæ virtutem dat Deus O MARIA,

Guil. Gumppenberg S. J.

lo-

loquere sæpiùs O *Clemens*, O *pia*, O *dulcis Virgo MARIA!* quia habes qui audiant & obaudiant. Hanc narrationem è MS. antiquo Episcoporum Spirensium excerpsit R, P. Gerardus Hansen, Provinc. Rheni sup. ubi Episcopus Sigefridus, sub quo hæc contigère, dicitur mortuus 1142.. 23. Septemb. præsente adhuc in Urbe S. Bernardo. Verba autem quæ in Ecclesia canuntur, ut ait Author MS, sunt hæc

Nardus in Spira spiravit,
Sensit hoc Virginea,
Stans Imago salutavit
Hanc voce fæminea.
O quàm lætè tunc gustavit
Cælesti de vinea!

Quis igitur hujus Cantici, tanto prodigio comprobati, tantopere à S. Bernardo dilecti, diversis sermonibus ab eodem laudati, & explanati, sanctitatem, pretiúmque non æstimet, non veneretur, non colat? Nunquam Sanctus Præsul tot votis, tot laudibus, tot encomiis celebrasset, & per tam elegantes parænefes commendasset, nisi cælesti quodam afflatus spiritu, divinum quidpiam ei inesse, & spirare cognovisset. Intelligebat certè Bernardus, homo minimè superstitiosus, & ad miraculum usque doctus, nihil in hoc Cantico inesse, quod impietatem saperet, vel correctione, & severa censurâ, nedum damnatione indigeret. Hoc certò constat, plurimos toto Orbe perquam Sapientes, & doctos repertos esse, qui magno consensu dignum & justum esse judicaverint, ut idem Canticum in Ecclesiam reciperetur, & publicè decantaretur, piisque cæremoniis cohonestaretur, & bonis demùm omnibus comprobaretur, quod nullus quidem alicujus nominis ante hanc nostram ætatem, tot sæculis oppugnavit. Inter alios verò, scriptor vetus, nec imperitus scientiâ (multi Bernardum ipsum esse autumant) hoc ipsum Canticum multis nominibus extollit. atque ab omnibus extollendum censet, *quod nempè, à sanctis compositum, à Sanctis institutum, à Sanctis dignè frequentandum; ad gratiam suave, ad sensum fæcundum, ad mysteria profundum; quòd*

Petr. Canis. ut sup.

S. Bernardus serm. 1. sup. Salve: folio mihi 1734.

& affectum mulceat, & de sensuum ubertate, mentem impinguet, & ad Matrem Domini honorandam intimas animi medullas maiorem in modum inflammet : cujus quidem carminis difficilè sit reserare Sacramentum, & sensum, virtutémque assequi, quod non nisi à verè religiosis, sanctâque affectione ferventibus subtiliter intelligi, & efficaciter decantari possit. Nihil autem moramur, si hoc boni & religiosi Viri judicium rideant Novatores, quum illi alia multò sacratiora, cùm cantica, tum mysteria præ sua nimia prudentia ridere soleant, & quidquid propemodum Ecclesiæ authoritate sancitum atque confirmatum est, id petulanter mordeant, ac rideant. Cæterùm, ut non solùm infirmis (qui fortassè hujus ratione Cantici offenduntur) sed malevolis etiam consulamus, principio Ecclesiæ vitio verti non debet, quòd MARIAM tùm Christi Domini, tùm etiam suam quodammodò Matrem reverenter salutat, & salutando Evangelicum simul & Angelicum officium præstat. Quàm salutandi rationem non modò Latina, sed Græca etiam Ecclesia tot sæculis diligenter observat, imò & Syri, quorum lingua vernacula & popularis Christo, ejúsque Matri fuisse dicitur, in sacris & pervetustis codicibus habent expressam, hodiéque diligenter observant. Unde inter alia sic dicere solent: *Salve nobis Genitrix Dei: Salve Mater Lucis: Salve quæ similis es rubo quem vidit Moyses: Salve nubes velox, de qua dixit Isaias gloriosus: Salve arca testamenti. Salve obediens: Salve plena gratiæ: Salve quia ex te natum est VERBUM ÆTERNUM PATRIS: Salve gestatrix Vitæ & Lætitiæ Mundi.* Sic & Ecclesia Græca apud S. Joan. Damascenum. *Salve Lucerna, Luce totum Mundum illustrante præfulgens, & illustrior facibus solis: Salve Spes desperatorum & Afflicti Generis Nostri Refocillatio! Salve illustrissimum, & summi omnium Regis Palatium! Salve Mons opulentissime de quo Redemptor processit! Salve divina & peramabilis Lampas, cui Verbum Divinum instar lucis inclusum! Salve Ignee throne!* Cui addo S. Germanum Patriarcham Constantinopolitanum. *Salutationem Tibi Angelicam, inquit, O Virgo, omnes incorporeæ legiones, item chori Patriarcharum, Prophetæ, Apostoli, unáque Divinæ Religionis Antistites, Venerandi præterea Martyres: item reliquæ stationes Sanctorum, & denique agmina justorum universa decantant.* Ac iterum, & aliàs, sæpius S. Damascenus. *Salve Astrum Solis imagine splendidum! Salve omnium amænitatum origo: Salve ex qua Immortalitatis effloruit*

S. Ioann. Damascenus Ex Men. 15. Ian. in vesp. de S. Paulo Thebæö.

Ex Men. 18. Jan. in Vesperis de SS. Athanasio & Cyrillo.

S. Damasc. ex Menæis ut sup.

ruit

ruit spica! Salve vehiculum Numinis! Salve porta per quam prodyt lux, omnia illuminans! Salve O nostræ maledictionis primigeniæ Dissipatrix! Salve, quæ bona nobis omnia conciliare perseveras. Non sum nescius, me quoque hac nostra tempestate per hæc mea, MAGNÆ DOMINÆ & REGINÆ, cantata in hoc hymno Elogia, paucis placiturum, atque iis maximè antimarianis Stomachum in mei contemptum aut contumeliam moturum, qui venerationem, pietatem, cultúmque Deiparæ à devotis Mariophilis Clientibus frequenter exhibitum, tanquam nimium & indebitum insectantur, & *MONITA SALUTARIA B. V. MARIÆ AD CULTORES SUOS INDISCRETOS*, cujusdam anonymi (nescio an non hæretici) perperam nuper edita, approbant, & ut S. Doctor Hipponensis Præsul in libro Confess. loquitur *buccis typho crepantibus*, laudant, commendant, cum pertinacia & scandalo proborum virorum tuentur, & sub splendido prætextu Zeli honoris divini acriter errores, impij, in Deiparam calumniatoris propugnant & defendunt: quin & *MARIANI CULTUS VINDICIAS* in hunc Mariomaltigen, à R. P. Maximiliano Reichenberger, SS. Theologiæ Doctore, & per complures annos in Universitate Pragensi celeberrimo Professore, eruditè & nervosè compositas, ab Hispanis Inquisitoribus & Doctoribus censuratas, gloriosè approbatas, & miris encomiis commendatas, contemnunt, subsannant, proscindunt, vana scientiæ opinione elati, superbi, arrogantes, suíque periculi ignari, nescientes inexperti, angelum tenebrarum, sæpius angelum lucis mentiri, & sub formosissima pietatis specie, impiissima quæque suadere, docere, persuaderéque commenta & dogmata, incautos in turpissimos fidei errores, & nonnunquam abominandas hæreses, supremámque salutis perniciem deducere. Venenum nectareo succo dilutum, gustu non discernitur, mortifero in medullis sæviente furore, noxiè sentitur, ac serò nimium malo in supremam calamitatem festinante, damnatur, deploratur. Amarissimam mortem, dulci melle, diluit, Stygius ille Myropola, & latentem pestem, saporis suavitate condit *Ut solet*, ait Nazianzenus, *lethale poculum mellis dulcedine temperatum, suavitate fallente perimere, sic & hoc malum* (hæresis) *per blandimenta aurium audientium sensus, quadam labe contaminans, contagione adhærentes inficit*: & quo sanctiore apparatu, verborúmque religione, vaferrima pestis occulitur, & personata virtus commendatur, tantò nocentiore impostura

S. August. l. 4. conf. cap. 6.

S. Greg. Naz. lib. de fide.

virus

virus latens insinuatur, persuadetur, imbibitur, facilésque rudiorum animi, pietatis opinione delusi, occupantur, persuadentur, indurantur. *Plus longè nocet falsus catholicus*, ait S. Bernardus, *quàm si verus appareat hæreticus*. Talium operâ in suas fraudes minimè suspectorum, juratus Virginis hostis uti consuevit, & tanquam comicos & eximiè instructos satellites expedire satagit. Ea nempe callidi serpentis, odio liventis, irâ furentis, exquisitissima est astutia, ut specioso honoris divini, tuendi, propagandi & conservandi patrocinio, cultum, invocationem, & gloriam Deiparæ, securiùs impugnet, fidentiùs carpat, speciosùs minuat, ac tandem gloriosiùs exterminet, per excultos nequitiæ suæ ministros antimarianos, quos superbiâ suâ, ambitionéque occupavit, scientiâ inflatos dementavit, eruditionis fastu supra vulgus arrogantes extulit, proprij judicij fascino induravit, & supra omnes sapere & intelligere persuasit. Sic Orbis pestis, juratus Ecclesiæ hostis, MARIÆ Virginis impudentissimus calumniator & persecutor, ut tantæ Matris honorem minueret, eò superbiæ suæ dementiâ delapsus est Lutherus, ut sine fronte, homo sacrilegus se Matri Dei æquipararet, & palàm pronunciaret, *Nos tam sancti sumus ac MARIA, ac alij sancti, quantumcumque magni sint, si tantummodò credamus*. Potuítne stultiorem arrogantiam, aut magis blasphemam insaniam, superbissimus, ab Inferis redux Lucifer aut confingere aut effutire? Quid audacius? quid improbius, quid magis sacrilegum, quàm Magnæ Deiparenti se parem facere? Idem Lutherus, qui abjecto Monachismo, ut immanem Ecclesiæ hostem, & furiosum sectariorum antesignanum, nostro sæculo se præberet, sicut alia multa religionis veteris pia instituta præ se superbè contempsit, ac repudiavit, sic & adversus MARIÆ cultum, & venerationem, nefarium bellum indixit Ecclesiæ, quod ad vitæ suæ finem usque, collectis undique copiis hostiliter est persecutus. Quare ut seditiosis discipulis quasi facem ad Marianum bellum præferret, palàm ita vociferatur. *Monachi nostri perditissimo Gnatonismo in mulierum gratiam MARIAM in hoc honoris fastigium collocarunt, & immodicè laudes ejus deprædicarunt. Nonne hoc est Christi gloriæ detrahere, quòd creaturæ tribuimus ea, quæ Dei sunt, eique soli competunt? Volumus ei etiam titulum gratiosæ Dominæ tribuere, nec invidere honorem, quo eam Deus dignatus est: Verùm ut ex ea Deam quandam & Idolum faciamus, hoc non placet. At isti eam super*

S. Bernard. serm. sup. Cantic.

M. Luther. Postill. Eccl. Wittenberg. per Lufft, impress. 1584. in Nat. B. V. M. fol. 40.

P. Petr. Canisius lib. 5. de Deip. V. M cap. undec.

Luther. in Postilla circa Evangel. de festo Annunc. B. V. M

omnes choros Angelorum evexerunt, & sic ipsius gloriam diminutiorem reddiderunt, quæ maxima impietas est. Et rursus, ut splendidè porrò mentiatur: *Papistæ*, inquit, *Virginem Matrem MARIAM Deam constituunt, omnipotentiam ei in cælo & in terra attribuunt, quasi hæc ipsius propria sint.* Ejusdem vanitatis vox illa, *in papatu omnes se ad MARIAM contulerunt, & plus favoris & gratiæ ab eâ spectarunt, quàm à Christo ipso.* Adeò non pudet Lutherum, quidquid mala mens ipsi suggerit, ad veterem proscindendam Ecclesiam, cui capitale bellum indixerat, rabiosè, falsóque conferre. Ac plures id genus flosculos, sed malè olentes alibi spargit, ut omnibus persuadeat, in MARIÆ honore nimis profundè itum esse. Pari impudentia, à Lutheri Magistri sui latere non discedens Melanchon loquitur, utpote palàm in nos Catholicos, invehens, quòd MARIÆ Deiparæ nimiùm tribuamus. *Res loquitur ipsa*, inquit, *quòd publica persuasione Beata Virgo prorsus in locum Christi successerit. Hanc invocarunt homines, hujus misericordiæ confisi sunt; per hanc voluerunt placare Christum, quasi is non esset propitiator, sed tantùm horrendus judex & ultor.* Atque hæc cum Theseo suo Lutherus satis quidem impudenter. Neque ab his dissentit virulentus Ecclesiæ hostis Calvinus, qui tam longum post se satellitium hodie ducit, atque hoc venenatum telum in Catholicos vibrat: *Eò progressus est vesanus furor, ut Christi propemodùm nudati spoliis, eam ornârint: quasi verò quantùm illi honoris debeatur, nisi Dea fiat: aut hoc illi sit honorificum, sacrilegis titulis ornatam in Christi locum subrogari. Atrocem ergò illi MARIÆ injuriam faciunt, quando, ut mentitis eam laudibus deforment, Deo eripiunt, quod suum est.* In quo, amabo! ab his nefariis Ecclesiæ hostibus & hæresiarchis, distingvuntur Marianorum encomiorum nostri temporis adversarij? nisi quòd ejusdem blasphemias & calumnias, paulò tectioribus, & ad stibiatam suam modestiam, & comptioribus ad palliandam vafritiem verbis, non tamen dispari sensu repetant, grandiloqui in fastum suum Zelotæ *CONTRA INDISCRETOS* (sic illi per ambitionem suam loquuntur) *B. V. MARIÆ CULTORES*, ut diminuto, aut penitùs eliminato Deiparæ cultu, solam Dei gloriam, honorémque hypocritica pietate satagunt, ignari, aut ex pertinacia intelligere recusantes, cultum Matris Dei, in ejus Filium, & omnimodum Dei (quemadmodum ex SS. PP. sensu, effatis & authoritate, in sequentibus clarius

Idem in Postilla circa Evangel. de fest. Annunc B. V. M.

In apologia confessionis.

)( )( )( )(de-

demonſtrabo) Majeſtatem, gloriam & honorem vergere & propagari. Sic antimariani iſti egregiam ſuæ ſententiæ, falſiſſimæque opinionis, antonomaſticè, Doctorem Martinum Lutherum, nacti ſunt cujus authoritate fulti, ſecurè in Clientes Marianos, linguas & calamos impudenter exerere, & audacter acuere poſſunt. Sed obſecro! quid elatiſſimæ mentis hominem Lutherum (ut alios complures ejusdem farinæ apoſtatas & hæreticos taceam) eò inſaniæ deduxit, ut cum authore omnis mendacij, ſuperbiæ Primipilo, omniúmque hæreſum Doctore, Virginis hoſte infenſiſſimo diabolo, dicere præſumeret, in cælum aſcendam, ſuper altitudinem nubium, & *ſimilis ero Matri Dei & ſanctis, quantumcunque magnis*, & rarâ meritorum excellentiâ eminentibus? Quid ut *Beſtia* illa (*Rhodani fugiens à littore monſtrum*, quod *infauſto excepit ripa Lemana ſinu*) Calvinus *aperiret os ſuum in blasphemias in Deum, blasphemare nomen ejus, & Tabernaculum ejus* (hoc enim nomine Deipara MARIA, à SS. PP. inſignitur) *& eos qui in cælo habitant*? Quid niſi ſuperbiſſima propriæ eruditionis, & exaggerata doctrinæ ſcientiæque ſuæ æſtimatio, quâ elati, non tantùm ſupra pares ſuorum temporum eruditiſſimos Viros, ſed ſupra Eccleſiæ Doctores ſe ſapere vaniſſimè crediderunt? Lutherus, quo homine nihil arrogantiùs unquam fuit, de ſe affirmare & jactare auſus, dixit, *Ego nihil curo, etiamſi mille Auguſtini, mille Cypriani, mille Eccleſiæ contra me ſtarent.* Prô ſuperi quanta præſumptio! Quanta in mulieroſo & vinolento apoſtata jactantia! O abominandam ambitioſiſſimi Thraſonis ſuperbiam! O execrabilem impudentiam, tanta Eccleſiæ columina & lumina contemnere præſumentis! Hæc enim verò eſt illa tot malorum parens ſuperbia, quæ Eccleſiæ pacem, quietémque turbavit; hæc hæreſum virulentam peſtem induxit; hæc mortiferum antiqui ſerpentis ſemen in tot millium animarum ruinam diſperſit; hæc quæ unitatem fidei erroribus ſuis diſtraxit & diſſecuit, ſic teſtante eruditiſſimo Tertulliano, *omnes hæretici tument, omnes ſcientiam pollicentur.* Sic & D. Hieronymus: *Quis hæreticorum non in ſuperbiam extollitur?* His accedit Hipponenſis *Præſul*: *diverſis locis*, inquit, *ſunt diverſæ, ſed una Mater ſuperbia omnes hæreſes genuit: ſicut una Mater noſtra Catholica omnes Chriſtianos fideles toto orbe diffuſos.* Hæc eadem ſanctiſſimæ Dei Genitricis cultum convellere & infirmare, hæc Clientum illius pietatem perdere, hæc amorem & confugium ad ejus præſidi-

Apoc. 13.

Jacob. Biderman. Heroid Ep. l. 3. Ep. 2. de hæreti. graſſant.

Luther. in minore poſtilla E. vna de Viſit B. V. M. Et rurſus de illius Nativit.

Tertull. de Præſcript. Hieron. in cap. 1 Abdiæ August. cap. 8. lib. de Paſt.

ſidium intercludere, & per ſubornatos quoſdam elatæ ſcientiæ, ambitioſóſque, in ſui potiùs, quàm honoris Divini, gloriam, propagatores, exterminare omni deſudat diligentia, In ſimilium, ex ſuperbia compoſitam hypocriſin, & propriæ famæ verſutos cauſidicos, accommodè S. Iſidorus: *Pleríque acceptâ ſcientiâ litterarum, non ad Dei gloriam, ſed ad ſuam laudem utuntur, dum de ipſa extolluntur, & „ ibi peccant, ubi peccata emendare debuerunt.* Deus ſuperbis reſi- „ ſtit, ſacrorum oraculorum effatum eſt, tot hiſtoriarum exemplis con- „ firmatum, Quot, Deus immortalis! quot vidimus exactis ſæcu- „ lis, qui in firmamento Eccleſiæ Dei, veluti quidam ſoles radiabant, „ eoſdem tamen fœdiſſimè eclipſatos, quòd humilitatis expertes, ſu- „ is plus nimiò adhærerent illuſtrationibus & judiciis, quibus excæ- „ cati in miſeranda præcipitia abierunt. Quot ſapientes & doctrinâ „ illuſtres viros dementavit ſuperbia? Quot eremi incolæ & Ana- „ choretæ, qui imperabant naturæ, cicurabant leones, emovebant ru- „ pes, & ſuis operibus, admirandáque vivendi ratione ſtatum inno- „ nocentiæ æmulari videbantur; quot, inquam, tantæ ſanctitatis „ Viri per deſertam humilitatem naufragium fecerunt veritatis, & in „ deteſtandos errores, hæreſes, æternámque damnationem incide- „ runt. Nihil ab eo exſpectandum eſt boni, dicere ſolebat ſanctus „ Patriarcha Benedictus, qui verè non fuerit humilis corde. Hu- „ militatem quam hæretici, ſchismatici, & alij id genus devij homi- „ nes præferunt, fictitia eſt: quâ, dum nihil eis contradicitur, & „ ſibi ipſis malè blandiuntur, & oculis hominum inani pompa illu- „ dunt; in laudibus autem cordis fovent ſuperbiam, dum putata „ ſua lumina, erroneámque doctrinam ſanctis Eccleſiæ dogmatibus „ anteponunt. Deteſtanda omninò ſuperbia: quæ eos armat ad „ pertinaciter oppugnandam veritatem, ad Eccleſiæ capitis, Ponti- „ ficíſque Decreta proculcanda. Et tamen eorum permulti diutur- „ nis ſe macerabant jejuniis, vitam ducebant aſperam & auſteram, „ ut mundo omninò mortui viderentur; quare magnum faciebant „ ad ſuas ſectas animarum acceſſum, quæ virtutis illuſione deceptæ, „ ut in primis Evangelij ſæculis videre eſt, in devia rapiebantur. Sic quoque Anonymus Mario-maſtix cùm antimarianis ſuis, ſub ſanctiſſima Deiparæ apoſtrophe ſua, MONITA SALUTARIA B. V. MARIÆ AD CULTORES SUOS INDISCRETOS, ita ſpecioſè, ita religioſè, ità in ſolius Dei honorem ſtudioſè compoſita &

S. Iſidorus l. 3. de ſumm Bono.

Henric. Maria Boudon Opuſculo: Solus Deus, Regula X.

ad eximium quendam singularis sanctitatis splendorem zelosè exornata proponit, ut ineruditis & facilè credulis, fucum nimij cultûs, imponat, persuadeátque, gloriam Divinæ Majestatis, exotica Deiparæ veneratione nimiùm quantùm minui & deperdi. Sed personata hæc cornicula, speciosis veterum hæreticorum plumis stipata & exornata, voce sua se, de vitiosiore graculorum, Deiparam infestantium progenie nepotem, prodit, & unde tam splendidas blasphemias & calumnias, in Deiparam & Deiparæ Clientes, collectas composuerit, sinistro in Divam Virginem affectu nimiùm in odia prædominante, manifestat. Hujus autem, & huic similium, nimiam ex fastu arrogantium sapientiam, dignâ, nisi tempori sapiant saniùs, quâ MARIÆ hostes solet, coronâ, præmiabit æternitas. Verùm non est hic propositi, nec consilij, nec arbitrij mei, superbæ antimarianorum insolentiæ, temeritatíq; clypeum opponere, nec in eorum scabie, ulceribúsq; ungues meos cruentare, neque calamum in eorundem studiosè quæsita, & cum voluptate palpata, pertinacia, callóque obtundere, sed *Læsæ Majestati Cælorum Reginæ Deiparæ* MARIÆ, causam & vindictam committere, cum, sanctissimo Psalmographo Marianorum encomiorum teste Bonaventura, *qui dignè coluerit* MARIAM, *justificabitur: qui autem neglexerit illam, morietur in peccatis suis.* Et *qui habuerit characterem nominis ejus, annotabitur in libro vitæ.* Ego interim (liceat mihi O sanctissima Mater & Virgo, cum sancto Mariophilo Doctore Bonaventura amplius loqui) *Zelatus sum amorem Tuum & gloriam: ideò defendas causam meam ante judicem sæculorum. Libera me de manu adversariorum meorum; confunde ingenia & conatus eorum contra me. Exurge Domina, & judica causam nostram; & ab insurgentibus in nos libera nos. Exurgat* MARIA, *& dissipentur inimicis ejus; conterantur omnes sub pedibus ejus. Ostende potentiam Tuam contra inimicos nostros, ut sanctificeris in nationibus procul. Contere caput inimicorum nostrorum pede insuperabilis virtutis Tuæ. In ira flammæ suæ mergantur in infernum, & qui conturbant servos Tuos, inveniant perditionem. Laudem Tuam cantet omnis Ecclesia sanctorum, nam Te decet laus, Te decet imperium, Tibi virtus & gloria in sæcula sæculorum.* Cantet cætus Parthenius servorum Tuorum (è quorum numero minimus sum ego, qui Tibi *SALVE* cano, canámque dum vivam) encomia Tua per totum Orbem Terrarum! Cum his O *Domina mea! benedicam Te Dominam meam in omni tempore, & non deficiet laus Tua in ore meo.* Et quan-

S. Bonavent. Ps. Mar. 116. v. 3.
Idem. Psal. 91 v 3.
Idem Psal. 100. v. 3.
Id. Psal. 129. v 3.
Id Ps. 91. v. 4.
Id Ps. 67. v. 1.
Id. Ps. 69. v. 3.
Id. Ps. 119. v. 3
Id. Ps. 69 v. 4
Id. sup. hymn Ambros.
Id. Ps 33. v. 1
Id. Psal. 108. v. 1.
Id. Psal. 108.

quantumvis indignissimus sim & vilissimus, *Tu tamen Domina laudem meam ne despexeris, & hunc Tibi dedicatum hymum digneris acceptare*, quo Tibi soli, nulli alteri, in hac lacrimarum valle, ambitiosè, placere cupio, ut in Te, per Te, ex Te, laudetur, glorificetur, exaltetur Filius Tuus, per quem *exaltata es, &* Regina *Mundi es deducta ad thronum gloriæ, & ab eo, ab quàm placido vultu, quàm serena facie, quàm divinis amplexibus suscepta & super omnem exaltata creaturam, cum eo honore, quo tanta Mater digna fuit: cùm ea gloria, quæ tantum decuit filium. Delectamini igitur in laudibus illius*, omnes MARIÆ cultui & laudibus devoti clientes, *exaudiet illa petitiones cordis vestri*: exaudiet, *quin a. & omnibus in laudes illius effusis, animæ salutem largietur Filius ejus, & b. Matris cultores, usque ad lumen suæ Divinitatis exaltabit. Idoneas c. igitur*, hortante S. Germano Patriarcha, *Canticis tubas inflemus: quippe de cælo prospiciens Universorum* Regina, *suarum laudum declamatores benedictionibus coronat. Concurrant cum* Regibus *Principes, atque huic* Reginæ *applaudant in hymnis; ut quæ talem peperit* Regem, *qui dominatu mortis oppressos, perbenevolâ humanitate sua, libertati restituit. Nos quoque Pastores atque Magistri, Istam boni Pastoris Inviolatissimam Procreatricem concordi cætu laudemus*: dicamúsque cum Joanne Euchaita, *Te d. tanquam amabile Cunctorum mortalium Decus, celebramus universi, hymnis cantandis, in unum veluti labium, unámque vocem collecti. Quare O* Palatium *Verbi; nos quidem viles, sed tamen Tuos, ad cæleste regnum admitte, ut perennibus jubilis, æternum Tibi in gloria cantemus* SALVE REGINA.

Atque hæc satis ad præsentis cantici cognitionem, hoc loco dicta, fore existimo. Qui plura contra infensos Marianarum laudum hostes, vel adversarios, in Virginis patrocininm desiderat, consulat R. P. Petri Canisij de Deip. Virgine MARIA lib. V. cap. 13, ubi enucleatius omnes totius Cantici titulos contra omnium hæresiarcharum & antimarianorum impudentissimas blasphemias, & calumnias sapientissimis argumentis, Ecclesiæ & SS. Patrum authoritate, probat, & evincit. Neminem certè tam effrontem, aut malitiosè pertinacem Catholicum arbitror, qui Dei Matrem agnoscens, id ei honoris, qui tantam Matrem decet, non tribuat, cum & Terrenorum Regum Matribus, nec tituli, nec encomia, nec præconia desint, nec meritus eis denegetur cultus nec veneratio. Quod si non honoris ergò, saltem amoris gratiâ, Deiparam his præclaris titulis, quos illi publicè

tri-

Idem Ibid.

S. Bernard. serm. de Ass.

S. Bonav. Psal. 35. v. 3.

a. S. Joseph. Confess. ex Men. Græc. 3 Jan. in Matut precib. ode 5 ex Baptismo Christi in Hirmo seu Tractu.

b. Ex Men. 16. Jan. Ode 5. Canon. Primi de Cathed. S. Pet. in clauf.

c. Ex Men. Græ. 30. Jan in Vesp. de SS. Basilio, Gregorio Theol. & Joann Chrys.

d. Ex Men. 30 Jan. Ode. 1. Canonis, 1. de SS. Basil. Gregor. & Chrysost. in clauf. Item in Vesp. de iisd. sanctis

P. Canisius ut sup milii. fol. 665. tribuit Ecclesia, compellare decebat, quum & vulgi more passim receptum esse constet, ut homines personam insigniter amatam, suum decus, suam spem, suam vitam, vocent. Quantò nos rectius id genus nomina, quæ ineptis & profanis amoribus & affectibus exprimendis, sæpè adaptantur, ad illam, vel unicè, vel maxime benedictam Virginem transferimus, quam Filij Dei, ut suam Matrem & Reginam, de toto humano genere optimè meritam, & usque merentem, non solum agnoscunt, atque suspiciunt, sed etiam castissimis animis amplectuntur, atque cum singulari gaudio exosculantur. Age igitur Magnæ Dominæ, Potentissimæ Reginæ, Admirabilis Dei Parentis, Mariophile Cultor, humanissime Lector; age inquam, tecúmque omnes *Mortales* (sic enim te, tecúmque Universos Deiparæ & Ecclesiæ genuinos filios Clientésque, cum magno Dei, MARIÆque honoris

Henr. Maria Boudon: Tract. solus Deus Praxi V Zelote Henrico MARIA Boudon, alloqui placet) *Diligite* MARIAM, *quæ & summè amat, & summè est amabilis, & sanctissima inter sanctos: amate* EAM, *quæ semper fuit objectum suavissimæ Dei complacentiæ: amate* EAM, *quam Deus semper, & super omnes creaturas amavit: amate* EAM, *quæ suâ innocentiâ* ÆTERNUM VERBUM *è sinu Patris in purissima sua & Virginea viscera detraxit: amate* EAM, *quæ est delitium sanctissimæ Trinitatis, gaudium Beatorum, purorum omnium, sanctorúmq; cordium amor: amate* EAM, *quæ est* Regina *virtutum, miraculum gratiarum, ornamentum gloriæ, abyssus perfectorum, atq; omnis Majestatis: amate* EAM, *quæ nunquam satìs amari potest. Quidquid agamus, semper amor erit meritis minor. Solus Deus est, qui* EJUS *merita suo amore potest adæquare. Cùm igitur* ILLA DEI *amorem rapuerit, non debet esse anima, quæ* EAM *non amat,* EJUSQUE *affectum, & potissimum protectionem non ambiat:* a-

Parabol. Salau c. 8 & 9. Eccliast, 24. mat enim pariter se amantes, sic enim ipsamet apud sapientem loquitur, *Ego diligentes me, diligo: & qui manè vigilant ad me, invenient me. Ego Mater pulcræ dilectionis, & timoris, & agnitionis, & sanctæ spei. In me gratia omnis vitæ & veritatis. Transite ad me omnes qui concupiscitis me, & à generationibus meis implemini: Spiritus enim meus super*

Parabol. Salam. ut suprá *mel dulcis, & hæreditas mea, super mel & favum. Beatus homo qui audit me, & qui vigilat ad fores meas quotidiè, & observat ad postes ostij mei, qui me invenerit, inveniet vitam, & hauriet salutem à Domino: qui autem in me peccaverit, lædet animam suam. Omnes qui me oderunt diligunt mortem.* Vis ergo vivere, ama MARIAM.

Vive & Vale.

EIKO-


Ornatur et Ornat.
MARIA
In Capite eius corona
Stellarum duodecim: dignum
planè stellis coronari caput,
quod et ipsi longè clarius mi-
cans ornet eas potius, quam
ornetur ab eis S. Bernardus

ΕΙΚΟΝΟΣΑΦΕΙΑ

Sive.

Iconis in prima libri fronte

propositæ, Scripturæ sacræ, & SS: Patrum authoritatibus roborata, Expositio.

BENEVOLO LECTORI.

Erudite, & Utriusque Humanitatis, amice Cultor, & Fautor.

MAGNAM MAXIMI DEI MATREM, CÆLI TERRÆQVE REGINAM, GAUDIUM ORBIS UNIVERSI, DELITIAS ET LÆTITIAM, ET SOLATIUM GENERIS HUMANI, in prima libri facie, emblematica Synopsi expressam, appello. Sic sacræ mecum Paginæ, sic Augustus SS. PP. Senatus, sic sapientissima Doctorum oracula, sic probatissima Theologorum loquuntur testi-

Gen. 1. monia. *Fecit* olim in prima Mundi creatione *Deus Firmamentum, divisitque aquas ab aquis, & quæ erant sub Firmamento, ab his quæ erant super Firmamentum: vocavitque Deus Firmamentum Cælum: Fecitque Deus duo luminaria magna: luminare majus, ut præesset diei; & luminare minus, ut præesset nocti: & stellas; & posuit eas in Firmamento cæli, ut lucerent super terram, & præessent diei ac nocti, & dividerent lucem à tenebris.* Fecit & in altera *Mundi* lapsi RECREATIONE FIRMAMENTUM DEUS MARIAM, sic me erudiente sancto Patre & mellifluo Doctore Bernardo, dicente. *Fiat*, inquit, *Firmamentum, & dividat aquas ab aquis. Omnibus Firmamentis firmius Firmamentum Tu Domina: quæ eum, quem cæli cælorum capere non poterant, cepisti & concepisti: portasti & non defecisti: genuisti, aluisti, pavisti, mammâsti & educâsti. Tu in medio aquarum divisisti aquas ab aquis, affectus videlicet æternorum, ab affectibus temporalium. Tuam enim animam pertransivit gladius, ut revelentur ex multis cordibus cogitationes. Posuit in hoc Firmamento, MARIA, Deus solem & lunam, Christum & Ecclesiam, & Stellas prærogativas gratiarum multas. Laudamus Dominum in sanctis ejus. Firmitas, robur & constantia & fortitudo mentis ejus, quia Mundi contempsit gloriam, carnis calcavit illecebras. Virtus est Altissimi, de qua scriptum est: & Virtus Altissimi obumbrabit tibi. Fecit Firmamentum*, asserente doctissimo Idiota, *de quo scriptum est; Fiat Firmamentum in medio aquarum, & dividat aquas ab aquis: quia sicut Firmamentum in dispositione Mundi novissimum fuit ac supremum, sic ipsa Deipara, fuit novissima & ultima creaturarum Dei in oculis suis per humilitatem, & ad instar Firmamenti, divisit aquas ab aquis, per quas intelliguntur delitiæ; divisit enim aquas superiores; id est, delitias cælestes, quas semper habuit super se per desiderium.*

S.Bernardus serm. 2. in Pent. Idem serm. 3 super Salve Regina.

I diota de B. V. M. Part 14. contempl. 12:

Aquas

Aquas verò, id est delitias terrenorum, seu carnalium voluptatum habuit sub pedibus per contemptum. Fecit *Firmamentum* Mariam, *quia suis amatoribus, dividit aquas ab aquis, id est illas, qui prius erant fluxibiles per peccata & vitia, elevat à fluxu vitiorum, ad desiderium æternorum, quando scilicet de pulvere egenum, & pauperem de stercore elevat, pauperem spiritu, seu humilem, ut sedeat cum Principibus, id est cum Angelis, in cœlestibus.* Fecit Firmamentum Mariam, *Firmamentum gloriæ inæstimabilis, à Deo consolidatum, ac divinarum virtutum splendoribus, velut astris perornatum, quibus lucem suam propagat usque ad fines universi.* Fecit *Firmamentum Mariam, aliis Dei operibus tripliciter præeminens, nempe conditionis specie, quia tota pulcra est, & sine macula. Secundò magnitudine, quia Virgo & Mater, nec cujuslibet, sed Dei. Tertiò & sublimitate, quia benedicta est inter mulieres, & super omnes Angelos, & animas sanctas ad dexteram filij in throno gloriæ collocata.* Fecit *Firmamentum Mariam, in medio aquarum, id est sanctorum, qui sunt in via, & qui sunt in Patria, ipsa enim tanquam media communicavit cum utrisque, nam cum superioribus, qui sunt in Patria, habuit omnimodam virtutum perfectionem, cum inferioribus verò, qui sunt in hoc mundo, habuit merendi conditionem.* Fecit *Firmamentum* Mariam : *quod secundo die positum est, in medio aquarum : quod habet fixas stellas, in sui ornamentum, & dividit aquas ab aquis; Habet enim stellas duodecim, id est omnium sanctorum in capite suo, posita in medio aquarum : id est sanctorum viæ & sanctorum Patriæ, divisa prius ab utrisque, existens supra communem statum viæ, & infra statum Patriæ, communicans cum utrisque, habens cum superioribus virtutum perfectionem, cum inferioribus merendi conditionem. Item cum superioribus jucunditatem, securitatem contra casum, cum inferioribus possibilitatem ad meritum. Item cum su-*

Idem: Ibid:

S. Sabbas in Menæis Græcorum die 2. Jul.

Richardus à S. Laurent. de laud. Virg lib. 7.

Bernardinus de Busto. serm. 1. de Nom. B.V.M

Albert. Mag super Missus. cap. 160.

su-

superioribus exultationem, cum inferioribus cordis passionem. In hoc Firmamento Majestas Dei relucet, in hoc Sapientia, in hoc Bonitas & Magnificentia, in hoc Deus glorificatur, laudatur & benedicitur, sic docente Magno Deiparæ cultore Idiota, *Firmamentum cæli, in quo Deus, licet semper benedicatur ab omnibus, specialiter benedicitur, sicut scriptum est, Daniel 3. Benedictus es Domine in* Firmamento *cæli: cùm enim Dei opera omnia benedicunt ei, quoniam nulla tam despecta creatura est, quæ non aliquo singulari beneficio laudem Dei videatur concinere, excellentiùs tamen benedictus est in* Firmamento *cæli, id est, in MARIA, non solùm quia ipsa cæteris creaturis singulariter præeminet, verùm etiam, quia luminarium suorum, id est, virtutum ornatu multiplici, instar* Firma*menti, miram Dei potentiam in se mirabiliter ostendit, quæ luminaria producta sunt, non tantùm ut nocte luceant, sed ut distinguant diem & noctem, id est vitia & virtutes, & illuminet terram, id est terrenos, sicut de* Firmamento *dicitur.* Verùm enim verò *non solùm cælum &* Firma*mentum, Domina rerum intelligitur, in quo MARIA, est pulcra ut luna, electa ut sol,* sed & *Regina adstans à dextris Dei, in vestitu deaurato, circumamicta varietate: eò quòd secundùm sexum fœmineum Regina, & Domina, & Mater Dei appellari debeat. Est etenim Regina propriè, quandoquidem ipse Rex est, qui natus est ex ea, quam adstantem à dextris, verè circumdatam fimbrijs aureis, meditatione sua & intercessionibus suis cælorum regnum nobis acquirentem*, in gloria Regni sui collocavit. Est Maria, *Regina* gloriosa, *supra omnis humanæ naturæ solium excelsum elevata. Regina cæli, quam cives cælici post SS. Trinitatem honorant, laudant, glorificant. Regina cælorum, & Mundi habens plenariam potestatem, & quidquid potest facere filius ejus, ipsa illud potest ab ipso impetrare suis precibus Regina. Regina ob coronationem*

Idiota ut supra.

S. Bernardus ut suprà. Cantic. 6. S. Athanas. serm. in Evang. de SS. V. M. Deip.

S. Ioseph Hymnographus in Mariali. Ioan. Episc. Aretinus Trac: de dormit: SS. V. M

nem: coronata est enim in sua Assumptione, sicut ei promiserat Filius Cantic. 4. Veni de Libano, veni coronaberis: ideo designata est per Esther, quam Rex Assuerus accepit in uxorem, & voluit esse Reginam, & posuit diadema Regni in capite ejus, id est coronam virtutum in gratiæ adimpletionem, & coronam gloriæ in Assumptione. Regina ob dignitatem, participat enim Regnum cæleste cum filio, & quæ in præsenti se exhibuit humilem ancillam, ibi tanquam sublimis Regina à sanctis omnibus adoratur. Regina ob dotationem, cui sponsus suus Rex primò gratiam, secundò gloriam, imò & Regnum cæleste cum omnibus pertinentiis suis contulit, loco dotis, unde in figura ejus dixit Lia Gen. 30. ditavit me Deus dote bona. Regina ob largitatem: largitur enim servis suis dona gratiarum, vestes virtutum, thesauros meritorum, & magnitudinem præmiorum, unde & ipsa dicit Proverb. 8. mecum sunt divitiæ, & gloria, id est, divitiæ gloriosæ. Regina ob liberalitatem: liberalis enim est, quia liberalitas est virtus omnibus exposita, communis alloquio; dulcis obsequio, omnium bonorum familiaritatem retinens, quæ descriptio benè convenit liberalitati Mariæ. Hinc tot, tantisque gratiarum Marianarum Thesauris melleus locupletatus Doctor & Abbas Clarævallensis, liberalissimæ Reginæ, quantis potest, commendat encomiis, & laudibus, tantæ largitatis, promptitudinem, & amæno vultu, dulci alloquio, amantissimo affectu invitat ad thronum gratiæ, & omni formidine seposita omnes accedere jubet, dicens. *Quid ad Mariam accedere trepidat humana fragilitas? Nihil austerum in illa, nihil terribile, tota suavis est omnibus offerens lac & lanam. Revolve diligentiùs Evangelicæ historiæ seriem universam, & si quid fortè increpatorium, si quid durum, si quod denique signum vel tenuis indignationis occurrerit in Maria, de cæterò suspectam habeas, & accedere verearis. Quodsi (ut verè sunt) plena ma-*

Idiota de B.V.M. contempl. 21. parte 9. Idem contempl. 14.

Richardus à S. Laurent. de laud. Virg lib. 6.

S. Bernardus super signum magnum Apoc. 12.

magis omnis pietatis & gratiæ , plena mansuetudinis & misericordiæ, quæ ad eam pertinent, inveneris, age gratias ei, qui eam tibi mediatricem benignissima miseratione providit, in qua nihil possit esse suspectum. Denique omnibus omnia facta est, sapientibus & insipientibus , copiosissima charitate debitricem se fecit , omnibus misericordiæ sinum aperuit , ut de plenitudine ejus accipiant universi: captivus redemptionem, æger curationem, tristis consolationem , peccator veniam , justus gratiam , Angelus lætitiam: Et quid amplius à Regina requiris ? Est nempe, ut Bernardinus Senensis loquitur *Regina, adstans supplex à dextris Filij, pro devotè postulantibus , ad intercedendum contra indignationem judicis, ad excusandum defectum nostræ infirmitatis, ad subveniendum, accipiens pro nobis plenè influxum divinitatis*: Et ut D. Ernestus de hac differit: *Regina cælestis, in throno residens, una cum filio perpetualiter conregnatura, interpellans fideliter pro peccatoribus, & fidelibus in omni negotio. Est. Regina Reginarum, id est animarum virtuosarum, sanctarum, perfectarum, quæ cæteris eminent , sicut Reginæ ancillis, atque ad assiduos summi Regis amplexus purissimos introducuntur, propter quod Reginæ non immeritò nuncupantur, & item quoniam carni & concupiscentiis ac passionibus dominantur , tam plenè , ut rectè vocentur Reginæ ; nihilominus inter eas est ordo. Secundùm quod una est sanctior alia: estque gloriosissima Virgo omnium earum* Regina, *& cæteræ velut pedissequæ ejus sunt, sicut ait Psalmista: Adducentur* Regi *Virgines post eam. Etenim quò aliqua sunt perfectiora, ac eminentiora, tantò sunt in vita hac pauciora : & sicut in tota Ecclesia militante unus est Pontifex summus , cui soli inest plenitudo Ecclesiasticæ potestatis , cujus respectu alij Prælati, quantumlibet excellentes, sunt subditi, ac modicæ potestatis , sive authoritatis : ita in universa triumphante Ecclesia, imò in tota Electorum Universitate, inter electas*

S. Bernardinus Senen. Tom.1.ferm. 51.

D. Ernestus Pragen. in Mariali cap. 126.

Dionysius Carthus. de laudib. Virg. lib. 3. init.

electas creaturas in esse creato subsistentes, una sola est perfecta, & summa, Deo charissima, & incomparabiliter magna, & super omnem Angelicorum ordinum altitudines elevata, atque cælesti propinquissima sponso, piissima, purissima, & dulcissima Virgo Maria : Regina Regnantium, cujus Majestatem è terris in cælum ascendentis, & in æternùm regnaturæ Magnus Bernardus contemplans admirando, inquit: *quis cogitare sufficit, quàm gloriosa Mundi Regina processerit, & quanto devotionis affectu, tota in ejus occursum cælestium legionum prodierit multitudo, quibus ad thronum gloriæ canticis sit deducta, quàm placido vultu, quàm serena facie, quàm divinis amplexibus suscepta à filio, & super omnem exaltata creaturam, cum eo honore, quo tanta Mater digna fuit; cum ea gloria quæ tantum decuit filium? quantùm enim gratiæ in terris adepta est præ cæteris, tantùm & in cælis obtinet gloriæ singularis.* Sed & Regalem ejus munificentiam, & Reginæ conjunctam liberalitatem deprædicat: *Ascendens*, inquit, *in altum Virgo Beata, dabit ipsa quoque dona hominibus. Quid ni daret? siquidem nec facultas ei deesse poterit, nec voluntas. Regina cælorum est, misericors est; denique Mater Filÿ Unigeniti Dei. Nihil enim sic potest potestatis ejus, seu pietatis magnitudinem commendare; nisi fortè aut non creditur Dei filius honorare Matrem: aut dubitare quis potest omninò in affectum charitatis Mariæ viscera, in quibus ipsa, quæ ex Deo est charitas, novem mensibus corporaliter requievit.* Hæc *Regina cæli, cùm immortalis Regis gratia plurimùm excellat, cæcus profectò ac delirus est, qui eam summo prosequi amore, & quibus potest obsequiis velut demereri non satagit.* Delirus inquam, dignúsque helleboro, qui *Reginam cæli mundo universo propositam, unoque duntaxat divinæ Majestatis solio præcedi cùm noverit populus Christianus, debet profectò potentiam tantam suspicere, amare*

Idem. l. 4. de Præcon. B M artic 10.

S. Bernard. in Assum. B. V. M serm. 1. mihi fol. 247. & 248. lit. K. L.

Idem ibidem.

Joan. à Jesu Maria. Tomo 3. oper: suor: de amore cul-

ac ritè

tìque Reginæ cæli parte 1. cap. 7. & 9. *ac ritè colere?* maximè testante S. Bonaventura, cùm sit *Regina Cælestium, Terrestrium, & Infernorum. Domina inquam Angelorum, Domina hominum, Domina Dæmonum, Domina Utriusque in cælo, Domina in Mundo, Domina in Inferno.* S. Bonavent. in specul. B. V. M. Lect. 3. circa finē. *Ad illam* enim sicut ad medium, *sicut ad Arcam Dei, sicut ad rerum causam, sicut ad negotium sæculorum respiciunt, & qui in cælo habitant, & qui in Inferno, & qui nos præcesserunt, & nos qui sumus, & qui sequentur, & nati natorum, & qui nascentur ab illis, Illi qui sunt in cælo, ut resarciantur: & qui in Inferno, ut eripiantur; & qui sequuntur, ut glorificentur.* S. Bernardus in die Pente. serm. 2. *Eò beatam Te dicent omnes generationes, Genitrix Dei, Domina Mundi, Regina cæli. Omnes inquam Generationes. Sunt enim generationes Cæli & Terræ. Pater spirituum (ut ait Apostolus) ex quo omnis paternitas in cælo & in terra nominatur.* Ephes. 3. *Ex hoc ergo Te beatam dicent omnes generationes, quæ omnibus generationibus vitam & gloriam genuisti. In Te enim Angeli lætitiam, justi gratiam, peccatores veniam invenerunt in æternùm. Merito in Te respiciunt oculi totius Creaturæ, quia in Te, & per Te, & de Te, benigna manus Omnipotentis, quidquid creaverit, recreavit.* Verùm enim verò non tantùm *Firmamentum*, seu *cælum* est *Maria*; non tantùm *pulcra ut luna, electa ut sol*; Cantic. 6. non tantùm *Regina cælestrium, Terrestrium & Infernorum*, non tantùm *Domina Universi*, sed & *Terribilis ut castrorum acies ordinata, Bellatrix fortis, victrix* & *Triumphatrix* gloriosa, illius *Bestiæ, quæ aperuit os suum in blasphemias ad Deum, blasphemare nomen ejus, & tabernaculum ejus.* Apocal. 13. *Tabernaculum Dei*, ait S. Bernardus, *Maria est: ipsa Domus, ipsa Atrium. ipsa cubiculum, ipsa thalamus, ipsa sponsa, ipsa filia.* S. Bernard. serm. 3. sup salve Reg. *Ipsa Tabernaculum*, ait Dion: Alexandrinus, *Dei laudatissimum, non ab hominibus fabricatum, sed spiritu sancto firmatum, & virtute Altissimi protectum. Ipsa Tabernaculum* D. Dionys Alex. Epist contra Paulū Samosatens.

culum Dei ſanctum, non manufactum, in quo Rex *noſter*, Rex *gloriæ factus eſt Pontifex, & manet in perpetuum, ſemel ingreſſus in ſancta, & æterna redemptione inventa, & ex quo exivit Verbum factum Pontifex, non ſecundùm legem carnalis mandati, ſed ſecundùm virtutem vitæ indiſſolubilis. Ipſa Tabernaculum à Deo formatum, in quo univerſa lex, & Prophetæ reipſa ſunt adimpleti, & in eo adumbratæ Typicorum characterum formæ fuere deletæ, ſpeculis veritatis diſſolutis. Ipſa Tabernaculum incomparabile & admirabile, de quo Pſalmo* 41. *ingrediar in locum Tabernaculi admirabilis, in cujus comparatione alia Tabernacula, nempe juſti, licet ſint pulcra valde, & dilecta Deo, & hominibus & Angelis, nullius pænè reputantur momenti: unde Pſal.* 86. *dicitur, diligit tantummodo portas Syon, ſuper omnia tabernacula Jacob. Ipſa Tabernaculum, de quo dicitur Iſa.* 4. *Erit Tabernaculum in umbraculum diei ab æſtu, & in ſecuritatem, & in abſconſionem à turbine & pluvia: Erit enim glorioſa Virgo ſervientibus & amatoribus ſuis in die judicij in umbraculum ab æſtu, & contra æſtum illum, de quo dicitur* 2. *Pet. ult. Elementa calore ſolventur. Erit in ſecuritatem à turbine, id eſt, contra illum turbinem, de quo Jerem.* 30. *Ecce turbo Domini furor egrediens. Erit etiam in abſconſionem à pluvia, id eſt, contra pluviam illam, de qua Job.*20. *dicit de Chriſto & impio: pluet ſuper eum bellum ſuum. Ipſa Tabernaculum reconciliationis noſtræ cum Deo. Ipſa Tabernaculum de quo dicitur à Pſalmiſta Pſal.* 14. *Domine quis habitabit in Tabernaculo tuo: id eſt in B. Virgine: quaſi diceret: nullus niſi Tu ſolus; propter quod dicitur Ezech.* 44. *Princeps ipſe ſedebit in ea, quaſi non alius. Ipſa Tabernaculum Altiſſimi, in quo Deus armavit ſe armis noſtræ mortalitatis, quibus contra Diabolum militavit. Tabernaculum Altiſſimi ſanctificatum Pſal.* 95. *Ipſa Tabernaculum Altiſſimi in ipſa animatione, quando pri-*

S. Andr. Creten orat. 2. de Dormit. B.V.M. Erneſt, Prag. in Mariali. cap. 111.

Richard. à S. Laur. de laud. B. V. lib. 10.

Joann. Domaſc. Canone in Nativ. B.V.M. Richardus à S. Laurent. de laud. B.V.M. lib. 10.

Hugo Carenſis. in Pſal. 45.

D. Thom. Aquin. serm. in Purif. B.V.M ex epistola. Petrus Bardus serm. 3. de concept. B.V.M S. Thom. de Villan. conc. 4. de Assum. B.V.M.

primò anima cœpit corpus vivificare, & animare sanctificatum, ita ut nunquam originali peccato fuerit obnoxium. Ipsa Tabernaculum sacrosanctum, in quo dignatus est Deus incarnari. *Tabernaculum* denique *MARIAM dici*, præter veteres alios Methodius in Hypapante Dom. & Athanasius in Evang. de Deip. annotarunt; illoque Davidis dicto confirmarunt Psal. 45. *sanctificavit Tabernaculum suum Altissimus, Nullus enim unquam, aut fuit, aut erit mortalium, qui nomen hoc rectius mereatur, præterquam illa benedicta, & electa præ omnibus VIRGO, in qua VERBUM nostro omnium nomine CARO FACTUM EST, ac veluti in lectissimo TABERNACULO multis mensibus lætissimè habitavit, & quo demum, velut sponsus, Matris diademate, id est carne Virginea coronatus, ad filias Sion, non sine cordis lætitia processit in Orbem.* Ac superior quidem ætas multos Mariomastigas tulit, qui contra hoc T*abernaculum* impetum fecêre, illúdque blasphemiæ cæno, ac sordibus conspurcare non reformidarunt; Fecit hoc Cherinthus, fecit Hebion, Manichæus, Valentinus, Helvidius, Jovinianus, Nestorius, ut reliquos id genus Antidicomarianitas silentio prætercam. At hi blasphemis linguis, impiisque calamis, nihil aliud profecerunt, nisi quòd MARIÆ laudem & gloriam hâc suâ insectatione, utì majorem atque illustriorem, ita veritatis causam longè, quàm anteà confirmatiorem in Ecclesia reddiderint, ac sibi demum, suisque nominibus turpiorem, adeóque ineluibilem infamiæ notam, justissimam iram Dei, vindictam Filii, & sancti spiritus Zelum, & totius cælestis Hierarchiæ odium, meritámque læsæ Majestatis pœnam conflaverint. Quisquis hoc T*abernaculum ab Altissimo sanctificatum* pollutis tangit manibus, divini pupillam tangit oculi: quisquis ore sacrilego MARIAM lacessit, T*abernaculum*, *quod non corporea hujus aëris nubes obtexit, sed spiritus sanctus invisi-*

D. Athanas. serm. in Evan de SS. Deip.

visibiliter obumbravit: & quod gloria Domini, hoc est filius Dei, non mox discessurus, sed veram carnem suscepturus, implevit, impudenter vellicat, & convellit: in Deum blasphemus est, quisquis MARIÆ facit convitium aut blasphemiam: *qui in illam peccat, lædit animam suam: Omnes qui eam oderunt, diligunt mortem.* Non ego hic impiam, aut barbarorum Othomannorum Lunaticorum insaniam, non perfidorum Judæorum impudentiam, non Gentilium Idololatrarum contumelias, non Infidelium Nationum maledicentias, sed Christicolarum execrandas blasphemias, & abominandas sceleratarum linguarum criminationes, & intoxicatas calumnias culpo, gemo, queror, lacrimor, qui pestilentibus labiis, cerberi avernalis rictibus, & sibilis, & draconino sanguine puréque scatentibus calamis, nimiùm quantùm, meritæ laudi, gloriæ, honori, & MARIANÆ Majestati derogant & detrahunt, ejùsque excellentiæ, authore & Magistro suo Satana, blasphemis, veterani illius serpentis ab orco emergentis, calcaneo Virginis semper insidiantis, instructi & entheati consiliis, indies amplius & amplius, magnitudini & potentiæ adversantur, omnémque illius à filio suo sibi collatam authoritatem & potentiam, non tantùm minuere, sed omnibus omninò viribus adimere, eliminare, exstirpare, & annihilare impiissimè nituntur, & solerter allaborant. Hinc illæ, sive sententiæ, sive voces impuræ, quas novus sectariorum spiritus eructare, nec sine multorum offensione, clam & palàm pergit effundere. „ Quid est Maria? Christi Mater, inquiunt; „ Nam Dei Matrem sive Deiparam appellare hodie non „ paucis, sicut olim Nestorianis, minus lubet. Et Vir„ ginem hanc esse fatentur, sed perpetuam Virginem „ ægrè cum orthodoxis agnoscunt. Est illis Virgo de„ sponsata viro, sed eadem à religione voti de integro „ cælibatu servando aliena. Est gratiosa & gratificata, nam

S.Petr.Dam. serm. 2. de S.Joan. Ap. Evang.

Proverb. 8.

Petr Canisius lib. 2. comm. de Verbi Dei corruptel. de Maria V. in Præfat. ad Lectorem.

,, nam gratiâ plenam, ut nobiscum vetus legit Ecclesia,
,, piget ac pudet illos dicere. Est benedicta inter o-
,, mnes mulieres, non autem coràm Deo, ut ipsi somni-
,, ant. Est sancta, sed interim, ut adjiciunt, non perfe-
,, cta, neque sic à peccato libera, quin suas etiam retine-
,, at imbecillitates. Beata illa quidem, quæ credidit,
,, sed sola fide, non operibus ac meritis, sicut ipsi con-
,, tendunt, justitiæ ac beatitudinis aliquam laudem ade-
,, pta. Quanquam nec fidem illi permittunt integram,
,, quia in verbo Dei hæsitantem, in fide infirmam, & hu-
,, mana potius, quàm divina sapientia nitentem: ac se-
,, verè quidem à Christo aliquoties objurgatam, & pu-
,, blica reprehensione dignam audent fingere: quam
,, præterea in peccato cum prima peccatrice Eva com-
,, ponere non verentur. Est illa ancilla humilis; hoc
,, est, ut interpretantur, vilis, obscura, contempta, mi-
,, sera, & apud vulgus abjecta. Est Virgo magnificè
,, ab Angelo salutata, à nullis autem, ut putant, nunc
,, iterum salutanda mortalibus, nisi frustra illi laborare
,, contendant. Ad hæc, quoniam MARIA illis creatu-
,, ra est Christi egens gratia, ejusque redempta sanguine
,, id quod nemo pius ignorat, illam post Christum in-
,, vocare nefarium & Idololatricum censent. Divini-
,, tus quidem ornata, & honorata Virgo, sed juxta ho-
,, rum opinionem aliis in cælo Beatis æquanda, non præ-
,, ferenda, utpote cui præcellens gloria & prærogativa
,, inter cælites nulla conveniat; immò quæ aliis etiam
,, in hac vita credentibus exæquanda sit. Demùm quæ
,, mirifica fecerit in MARIA Deus, jubent considerare;
,, personam verò ipsam Deiparæ sic honorare docent,
,, ut vilitatem ejus & abjectionem intueamur. Præter-
,, mitto alios id genus plures cavillos, immò & execra-
,, biles vel nugas vel hæreses ab Ecclesiæ spiritu atque
,, consensu tam alienas, quàm hodie sectariis usitatas, at-

que

,, que familiares, huc imprimis contendente Satana, ut
,, VIRGO incomparabilis, ipsisque Angelis Admirabi-
,, lis, vel invito Christo & Ecclesia Universa contradi-
,, cente, in ordinem redigatur, suáque præstantia & am-
,, plitudine, quâ cæteris præstat justis ac beatis omnibus,
,, immaniter spolietur. Verùm hæc paulò luculentiora (ubi de magnis Deiparæ encomiis, deque intolerabilibus quorundam juratorum MARIÆ hostium imposturis, improbis dogmatibus & doctrinis, immanibus blasphemiis differere, quorum de integerrima Virgine judicandi docendique supercilium, petulantia & impudentia tanta est, ut eam pij, sapientes & docti, sive legant, sive audiant, non possint non horrere, simul & cum stomacho detestari, & fusiùs tractare intenderam) suspendere aut differre coactus sum: cùm publicæ afflictissimorum temporum, bellicis tumultibus, impeditorum necessitates, angustiæ, calamitates, injuriæ, & continuæ, pronam aliàs benevolorum Mecænatum liberalitatem prohibentes curæ, bonis meis intentionibus, ad Dei gloriam, Deiparæque propagandum cultum compositis obstiterint, neque licuerit copiosiorem esse, duobus aliis libris prætermissis, hoc UNO, quid voluerim, quid animo designaverim prudens Lector intelliget: maximè cùm in Primo & Tertio Majestatem Tantæ Cælorum Terrarúmque Reginæ, Sanctorum Patrum authoritatibus, Ecclesiæ Doctorum & Scriptorum probatissimis effatis extollere, contra sceleratam heterodoxorum in Deiparæ contemptum juratorum hostium convitia, eandem tueri, Encomiorum Marianorum in Hymno salve Regina, & Litaniis Lauretanis comprehensorum, gloriam extollere, & quantùm per meam tenuitatem licuit, ampliare & magnificare, laboraverim: sed suscipiet, spero, Regalis Hæc Majestas, interim hunc servuli sui humillimi affectum pro effectu, dabitque fortassis aliàs uberiorem, per quietiora tempora

&Be-

& Benefactorum munificentiam, in perditum Marianorum inimicorum gregem, livore, furore, contumacia, cervicosa malitia, & colubrino odio insanientem, agendi copiam, quorum studium, labor, industria & intentio est unica, impudenter calumniari, maledicere, blasphemare, illam tantam Deiparæ Magnitudinem, quam cæli Terræque laudant, deprædicant, & reverentur. Sed nempè cæci sunt, & duces cæcorum: oculos habent, & non vident, imò videre nolunt: intellectum habent, & nolunt intelligere, Quid proficiunt sacrilegi & blasphemi illi, Tantæ Virginis hostes, & Mariomastigæ, *qui ponunt in cælum os suum*, & Matrem Domini impudenter conviantur, nisi quòd lapidem in altum jaciant, in caput suum relapsurum, à quo comprimantur & in nihilum conterantur? Cui audax illud Acheruntici Japeti genus bellum insanâ protervia, & audacissima temeritate indicit, nisi illi,
Apocal. 1. quæ MATER est Domini exercituum, *de cujus ore gla-*
Deuter. 28. *dius utraq; parte acutus exit*; dicentis; *mea est ultio, & ego*
Nahum. 1. *retribuam? Retribuet* enim verò Filius ejus, *Deus æmulator & ulciscens Dominus* Matris suæ injurias: *retribuet ulciscens Dominus & habens furorem*, Filiæ Patris sui, illatas blasphemias: *retribuet ulciscens Dominus* in hostes Sponsæ Spiritus sancti, *& irascens ipse de inimicis ejus: & ante faciem indignationis ejus*, *quis* hostis MARIÆ *stabit? Et quis resistet improbus in ira furoris ejus? Indignatio Domini* Zelantis honorem Matris suæ *effundetur ut ignis*: *& Petræ* obstinatorum Anti-Marianorum, & hominum impiorum dura cervice frendentium,
Sapient: 5. *dissolventur ab eo: quoniam dexterâ suâ teget eam*, *& brachio sancto suo defendet* illam, quam fecit hostibus suis formidabilem, cùm ab eo terribilis ut castrorum acies ordinata facta est vipereæ illius bestiæ progeniei, Ario, Bezæ, Juliano Apostatæ, Imper: Copronymo, Calvino, Zwinglio, Luthero, Brentio, Oecolampadio, Bucero, Bullingero,

gero, Petro Martyri, omníque hæresiarcharum, & nequissimorum apostatarum colubrinæ colluviei. Ad Mariam nempe Satanæ victricem pertinet, quod veteres cum Bernardo haud temerè notaverunt, MARIAM tùm inter mulieres, tùm inter viros fortissimam habendam esse, de qua dixisse Salomon videatur: *Mulierem fortem quis inveniet?* Et rursus, *accinxit fortitudine lumbos suos, & roboravit brachium suum.* Proinde Richelius MARIAM ait esse mulierem fortitudine armatam, omnémque fæmineæ conditionis mollitiem supergressam, humanæ perditionis calcasse authorem, ac demum amissæ beatitudinis produxisse reparatorem, nec modò fæminarum, sed virorum quoque fortissimam. *Nec miror*, inquit, *O Domina, si hic fortitudine pollebas, summis etiam Angelis robustior: quoniam Dominum virtutum Christum Regem, qui Patris virtus est, cuncta sustentans, protulisti.* Hanc præterea illam esse tradit, quam dæmones specialissimè timeant, ac oderint, cùm sit illis valde gravis, atque *terribilis, quasi castrorum acies ordinata.* Unde *bellatrix egregia* à S. Bernardo dicta est, sic Virginem alloquente. *Tu terribilis ut castrorum acies ordinata. Quid enim? an non horruerunt principes tenebrarum, quando viderunt præter morem armatura omni fortiore instructam contra se procedere fæminam, fæminam fortem, ad bella doctissimam, cujus ensis super femur suum propter timores nocturnos? In circuitu ejus acies validas spiritualium virtutum suo se invicem ordine tuentium (siquidem ordinatione perseverat dies) sed & innumerabilium beatorum spirituum militiam, ad ministerium tanti principis delegatam fuisse, nullatenus ambigimus: utpote qui custodirent lectulum Salomonis gratissimum, ac providerent, ne præparatum æterno Regi hospitium alienus hospes invaderet. Nimirum timor & tremor venerunt super eos, ita quòd dicerent; Ecce plusquàm Eva hæc, castra Dei sunt hæc,* fu-

S. Bernard. serm. de Nat. Mariæ: & serm. 2. sup. Missus: fol. 20. lit. K. & L.

Proverb. 31.

Richel. lib. 3 de laud. Virg art. 11. in cap 3. Genes.

Cant. 6.

S. Bernard. in Deprec. & Laud. V. M. fol. 270. lit. B. C.

fugiamus Israëlem. *Tu ergo Bellatrix egregia primò eum, qui primus omnia supplantavit, expugnare viriliter aggressa es: tu & spiritum elationis Evæ vertice humilitatis complosisti.* *Tu es Bellatrix egregia, sanctâ Zeli sui lanceâ* armata, sic Te compellante Seraphico & Mariophilo Doctore tuo Bonaventura, *eundem hostem expugnans, qui primus primam mulierem circumvenit, præsertim quòd humilitatis suæ virtute spiritum elationis exploserit & conculcârit.* Hinc sapientissimus Virorum non immeritò, *mulierem fortem*, in MARIA designasse creditur, *quæ accinxit fortitudine lumbos suos, & roboravit brachium suum*, & contrivit non tantùm potentiam; sed & caput illius, qui superbiâ tumidus præsumpsit dicere: *in cælum conscendam, super astra Dei exaltabo solium meum, sedebo in monte testamenti; in lateribus Aquilonis. Ascendam super altitudinem nubium, similis ero Altissimo.* *Hanc, non aliam*, ut verbis Divi Bernardi loquar, in paradiso *prædixisse Deus videtur, quando ad serpentem ait; inimicitias ponam inter te & mulierem. Et si adhuc dubitas an de MARIA dixerit: audi quod sequitur: ipsa conteret caput tuum. Cui hæc servata victoria est, nisi MARIÆ? Ipsa procul dubio caput contrivit venenatum, quæ omnimodam maligni suggestionem, tam de carnis illecebra; quàm de mentis superbia deduxit ad nihilum. Quàm verò aliam Salomon requirebat, cùm dicebat; Mulierem fortem quis inveniet? Noverat quippe Vir Sapiens hujus sexus infirmitatem, fragile corpus, lubricam mentem: quia tamen & Deum legerat promisisse, & ita videbat congruere, ut qui vicerat per fæminam, vinceretur per ipsam, vehementer admirans ris ajebat: Mulierem fortem quis inveniet? Quod est dicere: Si ita de manu fæminæ pendet & nostra omnium salus, & innocentiæ restitutio, & de hoste victoria; fortis omnino necesse est, ut provideatur, quæ ad tantum opus possit*

S. Bonav. in spec. B. V. cap. 9.

Proverb. 31.

Isa. 14. v. 13.

S. Bernard. serm. 2. sup. Mis. mihi fol. 20, lit. K.

sit esse idonea, sed mulierem fortem quis inveniet? At ne hoc quæsisse putetur desperando, subdit prophetando: Procul & de ultimis finibus pretium ejus, hoc est, non vile, non parvum, non mediocre, non denique de terra, sed de cælo proximo terris pretium fortis hujus Mulieris, sed à summo cælo egressio ejus. Si igitur de cælo egressio ejus, quàm ergo terribilis, quàm formidabilis erit hostibus suis? Quantâ potentiâ procedet contra inimicos suos *Mulier hæc, de qua dictum est, serpenti Genesis 3. ponam inimicitias inter te & mulierem, quia contrivit caput serpentis, quod superbè erigebat, exultans de homine dejecto, contrivit enim caput ipsius, id est vitium capitale, quod est superbia, initium omnis peccati, pede suæ humilitatis, & concupiscentiam carnalem pede Virginitatis.* Erigat, si potest serpens ille antiquus & veteranus Draco caput suum: *Stet ante* hanc *Mulierem, persequatur* illam, *mittat ex ore suo aquam tanquam flumen* ad mergendam eam: *insidietur calcaneo ejus*, quæ jam pridem victrici planta superbam conculcavit Bestiam, & detumere coëgit fastum ejus: Agnoscat Triumphatricem suam avernalis ille Chelydrus, caveat *Fortissimam* hanc *Mulierem, quæ, sacro teste eloquio, contrivit antiquum Victore calce Draconem, & muliebre simul diluit opprobrium, ac summi Imperatoris functa partibus & officio, tartareas profligavit Dæmonum legiones, ac gloriosum de Diabolo referens triumphum, genus humanum ab inferis liberavit; & ad optatam æternæ beatitudinis civitatem, sanctámque Jerusalem reduxit; non quidem gladio pugnans vel hasta, sed innocentia, & puritate innocentis vitæ, fragrante virtutum odore, ac divino splendore gratiarum.* Debellavit gloriosa & *Mulier fortis* Maria Principem tenebrarum, &, *cujus pretium procul, & de ultimis finibus, quod est Christus, de sinu Patris, quæ sua fortitudine diabolum supplantavit, sicut Gen. 3. de ipsa mysticè scriptum est, ipsa conteret ca-*

Idiota de B. V. M. part. 14 contempl. 7.

Apocal. 12.

Claudius Rup: Cælest. serm. 2. de concept. B. V. M.

S. Bernard. Sen. serm. 152. Tom. 1.

put tuum : & non tantùm hoc rebelle caput, ſed, & totam virulentæ caudæ illius hæreſiarcharum omnium, nocentiſſimum volumen, Deiparam inſectantium, & irrito abominandæ peſtis ſuæ halitu indemnem Virginem afflantium : de qua S. Hieronymus : *Hæc eſt Virgo quæ ſola interemit univerſam hæreticam pravitatem.* Frendeant ſacrilegi Mariæ hoſtes, & è purulento contriti ſerpentis ſemine procreatæ viperæ ; ringantur, rumpantur orcina hæc Megæræ furentis genimina, MARIÆ victoriam & triumphum infirmantium, gloriam cynico dente arrodentium, Majeſtatem calumniis infamantium : Hæc calcaneo ſuo premit faſtum, calcat ſuperbiam, blasphemas lingvas convellit, oppilat ora, inſanias dispellit, odia contemnit, & omnem *progeniem vitioſorem*, in ſe impudenter inſurgentem ſternit, & glorioſa Bellatrix & Victrix triumphat. Eia ergo liceat mihi cum Eccleſia MARIÆ accinere, & triumphum applaudere, *Gaude MARIA VIRGO, cunctas hæreſes ſola interemiſti in Univerſo Mundo! Gaude, Tu Sola interemiſti univerſam hæreticam pravitatem : gaude quia ipſa es* (uti tuus loquitur Bernardus) *quondam à Deo promiſſa mulier ſerpentis antiqui caput virtutis pede contritura : cujus planè calcaneo in multis verſutiis inſidiatus eſt, ſed ſine cauſa, ſola enim contriviſti univerſam hæreticam pravitatem. Alius non de ſubſtantia carnis tuæ Chriſtum edidiſſe dogmatizabat ; alius parvulum non peperiſſe, ſed reperiſſe ſibilabat : alius Dei Matrem audire non ſuſtinens, magnum illud nomen Theodocos, impiiſſimè ſugillabat : Sed contriti ſunt inſidiatores, conculcati ſunt ſupplantatores, confutati derogatores, & Beatam te dicunt omnes generationes, quia cunctas hæreſes ſola interemiſti in Univerſo Mundo.* Quare cùm hæc (quemadmodum principio demonſtranda propoſui) ſanctorum Patrum Doctorúmque, firmata confirmatáque ſuffragiis, ita ſibi conſtent, ut nulli niſi men-

S. Hieron. ſerm. de Aſſ. B. V. M.

Eccleſia Cath. in Offic B. V. M.

S. Bernardus medit. ſup. Salve Reg. Idem ſuper. Signum magnum.

mente capto, *REGINAE CAELESTIUM, TERRESTRIUM & INFERNORUM* titulus, *FIRMAMENTI, CAELIQVE* nomen, *BELLATRICIS, FORTIS MULIERIS*, & gloriosæ *TRIUMPHATRICIS* authoritas, dubia, controversâque sit amplius; primum *DOMINAE MEAE* homagium ad Misericordiæ, Gratiæque Marianæ thronum, cum SS. Anselmo, Bernardo, Germano, Bonaventura, aliisque Ecclesiæ Romanæ Patribus, Doctoribus & Mariophilis [illegible]toribus, cultoribus, Clientibus, humillima subjectione, affectu & obsequiosa devotione, depono, & *MAGNAM MATREM* saluto. *Salve Regina, Orbis Domina, Imperatrix cæli: Mundi universi gaudium, vitæ largitrix, maledictionis interemptrix, benedictionis conciliatrix. Porta semper clausa, Animatum velum quod in se celavit divinitatem; inauratum candelabrum, Mensa in qua vitæ panis propositus, Aureum thuribulum, Arca sanctificationis, quæ portavit cæleste manna, novi testamenti thesaurus, Urna inclyta, ac gloriosa, Virga sacerdotalis, quæ absque irrigatione florem produxit, sancta TERRA & desiderabilis, ex qua orta est Justitia & Veritas, Mons umbrosus in quo habitare placuit VERBO, Mons à quo abscissus est lapis qui replet Orbem, Olea fructifera, Thronus gloriosus, Regium vehiculum, sancta Sion, lectus Salomonis, Liber obsignatus, Regina à dextris stans, quæ nullam suscepit maculam libero suo arbitrio, Sponsa Christi, Hortus conclusus, Fons signatus ex quo manant fluenta purissima, Animata Dei Civitas, sanctificatum Dei Tabernaculum, Domus gloriosa indissolubile Templum, Agna immaculata, Mater Misericordiæ, Vita, Dulcedo & Spes nostra, Salve.* Sic ego quidem cum devotis Mariophilis Universi Reginam saluto: Verùm non omnibus eadem mentis est serenitas, non eadem Fidei puritas, non eadem doctrinæ sanctitas, ut idem cum SS. P. P. cum

S. Germ. sup. Ps. 44. audi filia.

S Greg. Nicomediens, in orat. de oblat. Deip. in templo.

Ecclesia Orthodoxa, mecúmque omnes sentiant, aut cum Mariæ Cultoribus, in ejusdem gloriam loquantur: pronum enim est fieri, ut Lectorem, in cultu Virginis, mihi non omninò benevolum, Deiparæ laudibus infensum, & fortassis etiam Mario-mastigem aliquem nanciscar, qui mecum absens, facilè expostulans, stomachetur, encomia ex sanctis Patribus & scriptoribus Ecclesiasticis adducta, & Deiparæ Virgini accommodata, videri esse Christi propria, & tanquam characteristicas ejus notas, atq; in delatione talium nominum atq; encomiorum, Christi juribus atque honori plurimùm derogari. Carpet aut mordebit fortassè heterodoxi alicujus Momi malevolentia, illud S. Bernardi citatum elogium, *ad MARIAM, sicut ad rerum causam, sicut ad negotium sæculorum, respiciunt, & qui in cælo habitant, & qui in inferno ut eripiantur. &c.* Alius fortassis livore plenus in Virginem sanctissimam, cynico dente rodet Zoylus, Angelici Doctoris, aliorumque Patrum effata, quibus Deipara nominatur, *infinita imago Bonitatis Divinæ, Orbis Reparatrix, Causa Salutis, Fortitudo Martyrum; MARIA, de cujus manu pendet nostra Salus, & innocentiæ restitutio.* Alius pollutis labiis Aristarchus convitiabitur, sanctissimum illum Mariophilum Cantuariensem Episcopum Anselmum dicentem *MARIAM magis propter peccatores, quàm propter justos Dei Matrem factam esse, alius* perperam R*efugium peccatorum nuncupari.* Verùm si livorem ab affectu nimiùm purulento despumaverit, mentem ad prudentiæ regulam, judicii libellam, sanitatis amussim, & serenam passionum nimiùm fermentantium malatiam examinaverit, trutinaverit, induxerit, credideritque nos omnia secundùm veritatem orthodoxam interpretari, (longè enim atque infinitè inferiore titulo Virgini Matri accommodantur per analogiam solùm & metaphoram quandam eidem attributa, quæ principaliter & rigorosè Personæ Divinæ conveniunt)

niunt) facilè severum ponet supercilium, & benigniore oculo *DIVAM MEAM* intuebitur, & quod tot sancti Patres, & Ecclesiæ Doctores approbarunt, non inficiabitur. Dicitur *infinitudo quædam secundùm quid* accessisse Deiparæ, ratione termini, hoc est VERBI INCARNATI, quem peculiari ratione, utpotè *M*ater respicit. Dicitur *causa rerum*, *Orbis* R*eparatrix*, R*edemptionis adjutrix. &c.* quòd Christum genuerit, à quo omnia, per quem omnia. Dicitur *dare escam gratiæ*, *& ab ejus manu pendere nostra* Salus. Dicitur *cohæredes Dei nos efficere. &c.* quòd gratiæ authorem, Universi conciliatorem *M*undo protulerit, & Salvatorem ulnis suis gestârit. Dicitur *ex Inferno eripere*, quòd intercessione sua animas Purgatorii flammis detentas liberet. &c. Leget, inquam, hæc, & complura his affinia, MAR*I*ANA SS. PP. encomia: verùm si rationi amplius, quàm livori tribuerit, amæniore vultu, & defæcatiore affectu, eadem leget, & has meas in Divam nostram concinnatas laudes, odas & elogia, præsertim, si quod S. Ildefonsus asserit, perpenderit, probabit, *quòd honor & gloria Beatissimæ Virginis, laus & gratiarum actio est* Redemptoris: & ea nomine atque encomia Christi veluti propria, àSS. PP. & scriptoribus Ecclesiasticis B. Virgini *MARIÆ* attribui, per aliquam accommodationem, cum supremo atque inabdicabili ad ea Christi jure cohærentem, & eo sensu & moderatione, ut ex his nominibus atque encomiis, nihil Christi juribus, honori ac dignitati detrahatur, sed omninò *totum*, ut ait S. Hieronymus, *ad Christi laudem pertinere, quidquid Genitrici suæ fuerit impensum.* Sentit idem & dissertissimè loquitur Rupertus Virginem sic alloquendo. *Si Te MARIAM honoramus atque concinimus, ut verè Dei Genitricem, scientes, quoniam totus honor impensus Matri, proculdubio redundat in filium.* Idem mellifluus ac Clarevallensis Doctor: *Non est dubium quid-*

Ildefons. serm. 3 de Assum. Virg.

S. Hieron. Epist. ad Eustoch.

Rupert. l. 6. in Cant.

S. Bernard. homil. 4. sup. Missus.

quidquid in laudibus Matris Dei proferimus, ad Filium pertinere. Et sapientissimus, piissimúsque Imperator Orientis Leo Beatissimam Virginem alloquens; *Angelorum chori, inquit, nihil potius habent, quàm ut Tibi inserviant, gnari ministerium Tibi præstitum in Filij honorem redundare.* Sed & sapientissimè, ut de pluribus aliis taceam, ratiocinatus est Arnoldus Abbas Vallis: *cùm debitæ venerationis summa, quæ huic Virgini impenditur, ad Christum respiciat, ex cujus plenitudine roratum & stillatum est desuper; quòd MARIA prædicatur gratiâ plena, manifestum est, individuam esse Matris & Filij gloriam, & commune utriúsque præconium.* Quibus verbis simul insinuat, rationem hujus doctrinæ quasi *à priori*, quam ei suppeditavit D. Ildefonsus Archi-Præsul Toletanus his verbis. *Cùm aliquid pro amore Creatoris in ejus Creatura dignis laudibus extollitur, aut prædicatur, ad Dei proculdubio laudem refertur*: Sicuti in laudibili aliquo ac mirabili artificio, quidquid in eo magnis laudibus celebratur, ad laudem artificis jure colligitur. UndeConstantinopolitanæ Ecclesiæ Præsul Germanus: *Etsi aliquando quispiam in laudanda Deipara modum atque ordinem excedere videatur, non propterea tamen facilè offendi Christum ejus Filium: eò quòd in ipsum denique universa Matris suæ gloria redundet: & quidquid in Genitricis laudem dictum fuerit, ad ipsum referatur, à quo universa laudum præconia, quibus insignita est, deducuntur.* Nam, ut idem ait, *verissimum est, dum Mater glorificatur, lætatur quoque & voluptate afficitur Filius*: propter incrementum scilicet honoris, quod ex glorificatione *Matris* redundat *in Filium.* Et quamvis nonnullis in amore & cultu Virgineo minùs ferventibus, aut planè frigidis excessus laudum committi videatur, nil tamen tam sublime, nihil tam arduum dicetur, quod dignitatem, majestatem & gloriam à Filio sibi collatam, nimiùm ex-

Homil. de Annunc.

Arnold. Ab. lib. de Laud. Virg.

S. Ildefons. serm. 4. de Assum.

S. Germ. de laud. B.V.M.

excedat, cùm teste S. Germano, *etiamsi in MARIAM innumera quis dicat elogia, nunquam sequetur scopum, tantùm abest ut illum attingat, & propositum in ea laudanda assequatur, cùm illa superet omnem disertam linguam, & omnem mentis aciem supergrediatur: etenim ejus magnalia vastissimum pelagus fecit gutta illa cælestis, quæ ab ipsa manavit. Idcirco immensitatis ejus divitiæ nulla vi comprehendi possunt, nec absumi delitiæ. In quavis quidem alia re datur planè satietas, in laudanda verò & celebranda Virgine, non est præ jucunditate voluptatis epulantium modus. Hinc fit ut laudationum ansæ, quas ipsa porrigit, conjici mente non possint. Et quia indeficiens est fons, & hauriendo non exhauritur; immò quò plus hauritur, eò majorem centies, aut millies aquarum copiam effundit: ideò fieri non potest, ut desinant, qui hauriunt.* Neque mirùm cuipiam videri debet, tantis tantam Virginem abundare gratiarum divinarum donis & thesauris, siquidem *gratia plenam, illam Deus Reginam supra omnis humanæ naturæ solium excelsum elevavit: Et Reginam Angelorum omnium, simul & hominum, ut quæ Regem Universorum procreavit, constituit: Unde etiam beatam illam dicunt omnes generationes, quia fecit illi magna qui potens est, & sanctum nomen ejus.* Luc. 1. *Sileat ergo,* monet supra citatus S. Ildefonsus, *sileat insipientia carnis, & celebretur dignè cum laudibus Mater Domini Nostri Salvatoris, quia ejus honor, & gloria laus est, & gratiarum actio Redemptoris.* Sileant virulenti viperarum avernalium sibili; sileant rabidi convitiantium linguarum Theones, & ignito calculo adurant labia sua, ne quid inconveniens è purulento gutture in tantam Matrem petulanter effluat: celebrent potiùs cum magno illo Deiparæ Panegyrista Doctore Seraphico S. Bonaventura, ad Davidicam Psal-

Joann Ep. Aretinus Trac. de dormit. B. V. M.

S. Josephus Hymnographus in Mariali.

S. Ildefons. serm. 5. de Assum.

S. Bonavent. in Psalterio

Mariano Pſ. 150. Pſalterii Hymnodiam, laudes ejus, accinant devoti ſervuli: *Laudate Dominam in ſanctis ejus, laudate eam in virtutibus & miraculis ejus. Laudate eam cœtus Apoſtolorum: laudate eam chori Patriarcharum & Prophetarum. Laudate eam exercitus Martyrum: laudate eam turbæ Doctorum & Confeſſorum. Laudate eam in collegio Virginum & continentium: Laudate eam ordines Anachoretarum & Monachorum. Laudate eam Conventus Religioſorum omnium, laudate eam omnes animæ Civium ſupernorum.* Idem Pſal. 140. *Laudate Dominam noſtram de cælis, glorificate eam in excelſis. Laudate eam omnes homines, & jumenta, volucres cæli, & piſces maris. Laudate eam Sol & Luna, Stellæ & circuli Planetarum. Laudate eam Cherubim & Seraphim; Throni & Dominationes & Poteſtates. Laudate eam omnes Legiones Angelorum, laudate eam omnes Ordines Spirituum ſupernorum.* Ah boni Cælites! quanto Mariani amoris zelo, quanto devotionis fervore, quanto flagrantis in animo amoris incendio, quanto in ejus gloriam ubique magnificandam deſiderio, plenus ſacræ lætitiæ jubilis, plenus cæleſtium gaudiorum, & exultationum ſolatiis, Mariophilos ſuos ſuaviſſimus hic Pſalmographus Doctor, nóſque omnes, ad pares laudes Deiparæ concinendas invitat? Ita ut inſigniter degenerem, ingratum & inhumanum, & in Magnæ Matris Majeſtatem oppidò ruſticum eum eſſe Clientem oporteat, qui mutus, elinguis, aut ſuperciliosè indiſertus eſſe velit, quem tanti Doctoris dulciſſima ſapientia, ardor & humanitas hymnidica ſua panegyri, in perſimiles jubilos aut concentus non excitet, moveat, & perſuadeat, ut præcinente eodem, pariter non accinat: *Ma-*
Idem Pſ. 47. *gna es Domina, & laudabilis valde in Civitate Dei Cæli: in univerſa Eccleſia Electorum ejus. Aſcendiſti alternan-*

nantibus hymnidicis Angelicis Choris: Archangelis constipata: rosis & liliis coronata. Quis ergo O Magna *Cælorum Terrarûmque Imperatrix* (sic enim Te dilectus Tuus Anselmus appellat) quis officiosus Tibi, quis obsequiosus, quis supplex non accidat? Cælum & Terram, totumque Universum in Tui præconium, verbis illis coronati Psaltis non excitet? *Audite hæc omnes gentes, auribus percipite omnes qui habitatis Orbem: quique Terrigenæ & Filÿ hominum, simul in unum dives & pauper.* Et cum Episcopo Cardinali Albanensi: *Venite exultemus Dominæ nostræ: Jubilemus Reginæ Nostræ. Jubilate Dominæ nostræ omnis terra: psallite hymnum nomini ejus: date honorificentiam majestati ejus. Jubilate Dominæ nostræ homines terræ, servite illi in lætitia. Omnes gentes plaudite manibus: psallite in jubilo Virgini gloriosæ: quoniam ipsa est porta vitæ, janua salutis, & via nostræ reconciliationis. Spes pœnitentium, solamen lugentium, pax beata cordium atque Salus. Miserere mei Domina, misereri mei, quia Tu es lux, & spes omnium confidentium in Te. Per Tuam salutarem fæcunditatem placeat, ut peccatorum venia mihi concedatur.* Quem non moveat & permoveat tam Sancti Patris amor & confidentia filialis, ut totús in amorem, laudes, & encomia Deiparæ non tantùm effundatur, sed totus diffluat, aut in amoris favillas dissolvatur? Expertus Mariani amoris dulcedinem, mellifluus Bernardus cùm totus in ejus gloriam promovendam, & æternùm, & ubique cantandam, exardens ita cecinit.

Psalm. 48.
S. Bonavent.
Psal. 94.
Idem Ps. 65.
Idem Ps. 99.
Idem Ps. 46.

S. Bernard. serm.2. sup. Salve Reg.

In freta dum fluVij current, dum montibus umbræ
Lustrabunt, conVexa polus dum sidera pascet,
Semper honos, noménque tuum, laudésque manebunt,
Spes mea, Virgo Pia, Virgo sacra, Virgo Maria.

Et non amplius? amplus multùm & per omnem modum. Nam in æternùm, & ultra non deficiet laus Tua de ore hominum, etiam & Angelorum. Cæli enarrant gloriam Dei. Et quæ major in omni gloria Dei, quàm ineffabilis plenitudo cæli? Et nos cum ipsa, id est cum Angelis & Archangelis, cum Thronis & Dominationibus, cúmque omni militia cælestis exercitus, hymnum gloriæ Sanctæ Sanctorum canimus. Illi gloriam, nos hymnum gloriæ: illi gloriam quam præsentes vident in jubilo cordis invicem enarrant. Nos hymnum tantummodo gloriæ, id est memoriam, eructamus abundantiæ suavitatis Tuæ. *Laudant* Illam & *MARIAM Virginem, Matrémque Dei profitentur* cives cælorum: *illam æterni Patris sponsam omnis Terra veneratur: illi omnes Angeli & Archangeli, illi Throni & Principatus fideliter deserviunt: illi omnes potestates, & omnes virtutes cælorum, & universæ Dominationes obediunt: illi omnes chori, illi Cherubim & Seraphim exultantes assistunt: illi Angelica creatura incessabili voce proclamat sancta, sancta, sancta MARIA Dei Genitrix, Mater & Virgo. Pleni sunt cæli & terra majestatis gloriæ fructus ventris Tui: illam gloriosus Apostolorum chorus, sui Creatoris Matrem collaudat: illam Beatorum Martyrum cœtus candidatus, Christi Genitricem glorificat: illam gloriosus Confessorum exercitus Trinitatis Templum appellat: illam sanctarum Virginum Chorea ama-*

S. Bonav. in Psalterio. Hymno. Te Matrem Dei.

mabilis, Virginitatis & Humilitatis exemplum prædicat: illam tota cæleſtis Curia Reginam honorat: illam per univerſum orbem Eccleſia invocando celebrat, Matrem Divinæ Majeſtatis, venerandam & veram Regis cæleſtis puerperam: & ego indiſertus? ego amuſus? ego ſilentioſus? ego mutus piſcis hæream? ego tot nominibus obſtrictus, tot beneficiis affectus, tot gratiis à liberalibus Benefactricis meæ manibus locupletatus ſileam? Ego elingvis & otioſus conticeſcam? *Proteſtor cerè coram facie totius Orbis*, cum Petro Cellenſ: Abb: *cataractas cæli, & fontes abyſſi, libentius in obſequium Virginis ſolverem, quàm clauderem: & ſi Filius ejus JESUS aliquid omiſiſſet in prærogativa exaltationis ſuæ Matris, ego ſervus, ego mancipium, non quidem effectu, ſed ſaltem affectu ſupplere geſtirem. Mallem certè non habere linguam, quàm aliquid dicere contra Dominam Noſtram. Ante eligerem non habere animam, quàm ejus extenuare gloriam.* Eia ergo, *Lauda anima mea Dominam: glorificabo eam quàm diu vixero. Nolite ceſſare à laudibus ejus, & per ſingula momenta cogitate illam. Cùm exierit ſpiritus meus Domina, ſit Tibi commendatus, & in Terra ignota præſta illi ducatum. Non conturbent eum culpæ prius commiſſæ, nec inquietent ipſum occurſus malignantis. Perduc eum ad portum ſalutarem: ibi præſtoletur ſecurè adventum Redemptoris. O Regina*, inquit magnus quidam MARIÆ Cultor, *Clementiſſima, ſolita ſemper afflictos, qui ex hac lacrimarum valle ad Te ſuſpirant, ſuaviſſimè conſolari, ſimúlque rigare cæleſti refrigerio clamantem ad Te exulem* filium Evæ: audi deprecantem, accipe ſub tuum præſidium confugientem, nec repelle ad ſacratiſſimos pedes tuos proſtratum, gemen-

Petrus Cellenſis lib. 6. Ep. 3. apud. Patr. Reichenberg. vindic: Marian. Animad 1. fol. 3.

S. Bonavent. Pſal. 145.

tem & orantem : Tibi, O piiſſima Mater, O Magna Cælorum Regina, Orbis Imperatrix, omnia mea, corpus & animam, vitam & finem vitæ meæ, dico, voveo, dedicóque Maternæ Tuæ curæ, ſanctiſſimæ voluntati, ſapientiſſimæ diſpoſitioni, ac imperio penitùs committo, & ex aſſe dono, conſecro, tranſcribo, mancipo: ac tuo demum etiam erudite, & omni Humanitate exculte & amice Lector, amanter
commendo.


Diadema Regni in Capite eius fecitq; eam regnare. Esther
Regina Apostolorum
Vita
Regina Martyrum
Mater Misericor.
Dulcedo
Regina Prophetarum
Regina Confessorum
Regina
Et Spes nostra
Regina Patriarcharum
Salve
Salve.
Regina Virginum
Regina Angelorum
Regina Sanctorum Omnium
S. Bernardus serm. sup. signum Magnum
Ingredimini et videte Reginam in diademate,
quo coronavit eam Filius suus In capite eius
corona Stellarum duodecim: dignum plane
stellis coronari caput, quod et ipsis longe
clarius micans, ornet eas potius, quam
ornetur ab eis.

ΥΜΝΟΣ
ΒΑΣΙΛΙΚΟΣ
ΜΑΡΙΟ-ΠΡΟΣΑΓΟΡΕΥΤΙΚΟΣ.

Sive

CANTICUM MARIANUM
SALVE REGINA,

Augustissimæ Cælorum Terrarúmque

REGINÆ,

Stellis duodecim coronatæ,

ad D. Bonaventuræ Ecclesiæ Doctoris

melos Rhythmicum,

duodecim Odis metricis

Stellato MARIÆ diademati

consecratis.

Concinnatum, Cantatum

&

Sanctorum Patrum paraphrastica

authoritate confirmatum.

Salve Regina.

S. BONAVENTURA Tom. 6. part. 2. carm. ſuper Salve Regina.

Salve Virgo Virginum, Stella matutina,
Sordidorum criminum vera medicina.
Conſolatrix hominum, qui ſunt in ruina:
O verè peccaminum verè draconina.
Regina regnantium Virgo puellaris,
Peperiſti Filium Mater ſingularis,
Sacratum palatium Dei convocaris.
Divinum auxilium nobis largiaris.

ODE I.

O Vota cordis aurea!
 O aureos amores!
Queîs Te ſonante barbyto
 Chely, Lyráque Virgo,
Celebrare Vates incitor
 Sacro repletus igne,
Tuæ diſertus gloriæ
 Laudíque Nomi níque.

2.

Cantare mens eſt Virgini.
 Huc barbytum choraules,
Amoris urget impetus
 Aptate fila Muſæ!
Si chorda deſit. pectus hoc
 Nervos, dabítque chordas,
Et venulæ teſtudini
 Inſervient canenti.

3.

Magnæ Parentis Nomini
 Stat inſonare carmen,
Afflate numen pectini
 Hyantiæ ſorores;
Hoc Phœbe pectus entheo
 Inebria furore!
Tu Nazarena flexilem
 Adverte Mater aurem.

4.

Sed ah! quid amens improbam
 Vilémque tento cannam?
Quid inſolenter Delphicam
 Mando, bibóque laurum?
Agreſtis audet Delium
 Arcas movere plectrum,
Lyræque blennus ungulâ
 Doctas ferire chordas?

5.

Audet MARIÆ cælicas
 Infans, rudisque laudes
Blæſo ciere carminis
 Choragio Poëta?
Cui Phœbus ipſe Paſtor eſt,
 Vili ſtrepens avenâ,
Cui ſe fatentur impares
 Parnaſſides Camænæ.

6.

Amuſa Muſa muſico
 Eſt imperita nervo,
Vultúmque pallet anxia,
 Et ruſticam fatetur
Thalia ſe Poëtriam,
 Lauríque quærit umbras,
Abditque tectam Phocidos
 Teſtudinem ſub antro

7.

Fons Caſtalis nil enthei
 Scaturit, & propinat
Liquoris, inſtar gurgitis,
 Aut fluminis MARIÆ.
Cùm turget æquor gloriæ
 Pontúſque gratiarum,
Nil gutta confert dotium
 Torrentibus Tuarum.

8. Ex

8.

Eccli. 24. *Ex ore Nata prodiens*
Altissimi Puella,
Semel loquentis omnia
VERBO creantis UNO
VERBI PARENS, cujusmelos
Cant. 4. *Cùm vox* ſonat *columbæ*,
Omnes ſilent Cæleſtium,
Terreſtriúmque *voces*.

9.

Elinguis eſt Facundia,
Et indiſerta Pallas,
Collis biceps ſilentio
Plus Caucaſi laborat,
Loquente Cælo dulcius
Quid muta Terra tentet?
Buxus procul Silenia,
Et arundo ſit Menalcæ,

10.

Ebur remugit Orphei,
Liníque chorda ſtridet,
Amphionſque barbytus,
Arionſque plectrum,
Rauco ſonant diſcrimine
Et obloquuntur odæ,
Parere fila pollici,
Et pectini recuſant,

11.

Si cælites Acredulæ
Et Aliteschoraulæ
Sunt impares, ut Virgini
Tantæ canant triumphos,
Quid pippiat paſſerculus,
Tritinniátque Progne,
Cùm ſit Phonaſcis omnibus
Auguſtior MARIA!

12.

Ergo rigens, & arida
Nullo liquore penna,
Cùm torpeat, nec urgeat
Sacro calore vena,
Preſſóque vox ſilentio
Humana conticere
Cogatur, & muteſcere
Vox, lingua, peña, plectrũ,

13.

Reſolvo chordas: angulo
Teſtudinem repono.
Cytharæq; promptæ cantibus
Soluta fila laxo;
Caſtigo vota: dexteram
Reſtringo prurientem,
Humi ſtrepens non ambiat
Sublimiore pecten.

14.

Admitte tantis imparem
Et frigidum, MARIA
Encomiaſten laudibus,
Aſt ſupplicem Clientem,
Ut pronus ore, nomine
Te proprio ſalutet,
REGINA! Mater annuis?
Aurémne pandis? ergo

15.

REGINA SALVE; machina
Cui tota ſervit Orbis,
Cui ſervus Æther ſternitur,
Et Stelleæ cohortes,
Turmæ micantes ſiderum
Fixæque, mobiléſque
Negotioſæ geſtiunt
Lunare ſervitutem.

16.

Quid Penthe-quæris gloriam
Amazonum-Silea?
Quid imperare conjuge
Semiramis Sepulto?
Syros licet Zenobia
Sceptro regat, premátque,
Regina nulla dicier
Præ Te poteſt MARIA!

17.

Regina Tomiris audiat
Scythis potens ſubactis,
Cleopatra jactet purpuram,
Ægyptiúmque luxum,

Et sub coronæ vinculum
Arabes, Syrósque cogat;
Hæc sceptra quid? quid purpuræ
Ad Regiam MARIÆ?

18.

Valete vanæ Principes!
Amazones valete!
REGINA SALVE cælitûm
Et Orbis Imperatrix,
Ter centies, ter millies
REGINA VIRGO SALVE!
Omnes facessant cæteræ
Tu sola *VIRGO SALVE!*

19.

Illime cujus mentium
Genus pedes adorat,
Suppléxque, vestis auream
Exosculatur oram,
Sceptro & coronæ Subditum
Se sternit ad tribunal,
Tuum ad tribunal gratiæ
Mansueta *Virgo SALVE.*

20.

Isa. 11. *REGINA SALVE!* floridi
Amæna Chloris horti,
JESSÆA RADIX FLOSCULUM
quæ *germinavit* Orbi,
De stirpe florem Virgine
In Nazareth roseto,
Cum flore fructum, perditæ
Mortalium saluti.

21.

Zephyritis *auræ filia*
Divinioris UNA,
Tot inter UNA filias
Et UNA sola sponsas,
Electa, digna dicier
Magni Parens Tonantis,
Dei thronus, cui Trinitas
Insedit *UNA, SALVE!*

22.

Integritatis Clusia Ezech. 44.
Aperta porta nulli,
TER SANCTA PORTA, luminis
Soli reclusa SOLI,
SOLI Deo PATULCIA
Quam transiens migravit
Pulsurus, ad nos, sonticas
Mortalitatis *UMBRAS.*

23.

Aurora Lucis Prodroma,
Noctísque fulminatrix,
Et Memnonis Puerpera
Illuminantis Orbem,
Orci tenebris horridum
Nigráque nocte tectum,
REGINA SALVE LUMINIS
EOSQUE GRATIARUM.

24.

REGINA servientium
Sublimis *Angelorum,*
Cantata mille laudibus
Et Alitûm choragis,
Quam mille nube pensiles
Ephebuli coronant,
Salamandræ Amoris æmuli,
Et cælites Pyraustæ,

25.

Te *Patriarcha* Principem
Flexo genu salutant,
Te sacra *vatum* numina,
Et enthei *Propheta,*
Mundi Patres *Apostoli*
Dius Senatus Orbis,
Jugi canunt certamine,
REGINA VIRGO SALVE.

26.

Et purpuratus *Martyrum*
Exercitus Monarcham,
Te confitentur exedræ
(*Sacri Sophi*) *Magistram,*

Te

Te liliatæ *Virginum*
Candens chorus, columbæ,
Æthérque totus insonat
REGINA VIRGO SALVE.

27.

REGINA MATER GRATIÆ
Miserúmque DIVA SALVE!
DULCEDO, VITA, NOSTRA
SPES,
SALUS, CHARISQVE,
SALVE!
Ab *Exulis* nunc vocibus
REGINA VIRGO SALVE!
Donec beatioribus
Te in *Patriâ salutem.*

Paraphrasis ex SS. PP. super eundẽ hymnum, & Odam, Salve Regina.

O *Serenissima Cæli Terræque Regina! patere ex regio Majestatis Tuæ throno, magnarúmque gratiarum Tuarum privilegio, ad Scabellum pedum Tuorum, supplicem servulum tuum cum mellifluo Bernardo Tuo, amoris in Te à puero concepti, vota sua promere, & parthenio Sacramento, in animo pridem, nunc calamo protestari, fateri & dicere*, *a*. Non est quod me magis delectet, nec est quod terreat magis, quàm de gloria Virginis Mariæ habere sermonem: ut enim sileam interim ineffabile privilegium meritorum, & prærogativam penitus singularem, tanto eam devotionis affectu amplectuntur, honorant, suscipiunt, ut dignum est, universi, ut licet de ea loqui gestiant omnes, tamen quidquid dicitur de ineffabili, eò ipso quod dici potuerit, minùs gratum sit, minùs placeat, minùs acceptetur. Non enim *b*. quorumcunque est (*O Serenissima Virgo*) laudare, sed duntaxat hominum perspicacissimorum, quique corpore & animo sincerè expurgati, nec non emicatione quadam divinæ gratiæ, affatim illuminati, debitam Dei Matri laudationem concinnent. *Nam quamvis c.* si linguæ centum resonarent, oráque centum, ferrea vox mihi, nil dignum Tibi dicere possum, Stella maris, quæ Virgo beata

a. S. Bernard. serm. 4. super Missus.

b. S. Basil. Seleuc. Præfat. de or. 39.

c. S. B[...] serm. 2. [...] Salve.

Maria vocaris ! O quam te memorem Virgo, quibus laudibus efferam ? infantissima lingua mea, quæ coinquinata est cum mortuis, incircumcisa labiis, nec purgata igne altaris, quid dignum laudibus Tuis, poterit immolare ? elevata est magnificentia Tua super cælos, & super omnem gloria Tua: ita ut nec in cælo inveniatur creatura, quæ Tuam dignè laudare queat magnificentiam, nec in terra sit, qui gloriam Tuam exprimere valeat. Nemo enim nec in cælo, nec in terra inventus est dignus aperire librum prærogativarum Tuarum, & dignè solvere septem signacula ejus. Nam *d.* quid nos tantilli, quid actione pusilli, quid in ejus laudibus referamus, cùm, etiamsi, omnium nostrûm membra, verterentur in linguas, eam laudare sufficeret nullus. Altior enim cælo est, de qua loqui nitimur: abysso profundior, cui laudes dicere conamur: Si cælum te vocem, altior es: Si Matrem gentium, præcedis: Si formam Dei appellem, digna existis: Si Dominam Angelorum, prima esse gloriaris: quid ergo de Te dicam ? *e.* quiquid de Te à mortali homine dicitur, celsitudinis Tuæ meritis non æquatur: quam enim excellens gratia super Angelos elevat, ad ejus digna efferenda præconia, humana fragilitas non aspirat. *Absit igitur O Serenissima*, ut aliquid ego de Te *f.* pauper ingenio dicam, cùm quidquid de Te dixero, minor laus est, quàm Tua dignitas mereatur. *Sed verbis dilectissimi Bernardi Tui, sit fas mihi dicere*, *g.* Salve Regina Misericordiæ, vita, dulcedo, & Spes nostra Salve: Domina labia mea aperies: Dominus tecum & Tu mecum: dignare me laudare Te. Sub Tuam protectionem confugio, ubi virtutem acceperunt infirmi. Esto mihi turris fortitudinis à facie inimicorum, *qui Te, sanctissimúmque hoc Tuum canticum sacrilegis multare ausis, scelestissimis inficiari linguis, cerbereis arrodere dentibus, calamis Tartarea lue & virulenta tabe infectis, improbi calumnia-*

d. S.Hieron. in serm. de Assump.

e PetrusDamian. serm. 3 de Nativ. B. V.M.

f. S.August. serm. 35. de Sanctis.

g. S.Bernard. serm. 1. super salve.

mniatores, blasphemi Mariomastyges insectari præsumunt.
Te *h.* nostra vox primùm sonet. Salve Regina! Regina, gloriæ nomen & honoris, magnificentiæ & decoris, dulcedinis ac pietatis, amoris & honorificentiæ, sublimitatis & potentiæ, gubernationis & Justitiæ, defensionis & gratiæ. Sancta Sanctorum, hæc omnia nobis, & pro omnibus nobis, cui decantamus assiduè, SALVE REGINA. *Cur enim Te, O Serenissima,* Reginæ nomine non compellem *i.* cujus & Pater David Rex inclytus, & Filius Rex Regum, Dominúsque Dominantium, sine fine imperans? quis inficiatur Te Reginam, *k.* quandoquidem ipse Rex est, (*qui è radice Jesse*) natus est de Virgine, ea propter & Mater, quæ eum genuit, & Regina, & Domina, & Deipara propriè, & verè censetur: licebitque nobis ita congruenter dicere, dum ad ipsam, & ad eum, qui ex ea genitus est, carniferum filium respicimus: Nunc adest Regina, à dextris Tuis in vestitu deaurato, circundata varietate; eò quòd secundùm sexum fæmineum Regina, & Domina, &, Domina Mater Dei appellari debeat. O nulli *l.* æquanda Mater! O Virgo supra omnes decora Virgines! vincens omnes Cælitum ordines, Regina, Domina, Bonum generis humani! Salve! *m.* O Intemerata Deipara, Regina omnium, sublimior Cælicolis, honoratior Cherubim, sanctior Seraphim, & nulla comparatione cæteris omnibus superis exercitibus gloriosior, Regina Salve. Tu quæ *n.* tanquam Regina Regi ex utero tuo effulgenti à dextris adjuncta es; Tu quæ super omnes rerum creatarum divitias verissimo dominatu potiris, Salve! Regina *o.* omnis humanæ naturæ, Salve! *p.* Regina summa cæli, super omnes choros Angelorum exaltata, salus & nobilitas omnium Electorum, caput & vita omnium bonorum, Salve. Tu quæ in cælis *q.* Regina sanctorum, & in Terris Regina regnorum es, quandoquidem es Mater Regis coronati, quem consti-

h. Ibidem.
i. S. Damascenus lib. 1. & 3. Apologiæ.
k. S. Athan. serm. de Deipara.
l. S. Gregor. Nazian. Trac. de Christi pat.
m. S. Ephrem Syrus de laud. Deip.
n. S. Damascenus in Men: Græc.
o. S. Andr. Creten orat. 2. de Assum. lib. 8. Ep 22.
p. S. Gregor. VII.
q. Rupert. in cap. 4 Cantic

ſtituit Dominus ſuper opera manuum ſuarum, ac proinde Regina conſtituta, totum jure Filii poſſides regnum, Regina Salve! Tu, de qua D. Hieronymus ſcripſit: *r.* mittitur Gabriel Angelus, & egreditur de Rege ad Reginam, de Imperatore ad Imperatricem, de Civibus Cæli ad Dominum palatii: Ingreditur ad Virginem Regi prælectam, & eò fortè alacriùs, ut cùm Angeli priùs Regem haberent, habituri eſſent & Reginam; Regina Salve. *s.* Levemus ergo cor noſtrum cum manibus ad eam, & appropinquemus ei paſſibus amoris, immolantes ei hoſtiam laudis, reddentes ei vota noſtra, de die in diem, de hora in horam dicentes aſſiduè, SALVE REGINA.

r. D. Hieron:

s. S Bernard. ſerm. 1. ſuper Salve.

Mater Miſericordiæ.

S. BONAVENTURA. ut ſuprà.

Fons Miſericordiæ dici meruiſti,
Atque Mater gratiæ, tu quæ concepiſti
Summum Regem gloriæ, quem pòſt peperiſti,
Largitorem veniæ Mundo contuliſti.

ODE.

TUis quod ardet ignibus
Cor, pectus & medullæ,
Succendit ardor cælicus,
Flammæque Nazarenæ
Pro follibus ſuſpiria
Inſerviunt amanti,
O Virgo ne deſpexeris
Te diligentis æſtus.

2.

Hic æſtus eſt tenerrimi
Perennitas amoris,
Sed eſt & effuſiſſimi
Impendium doloris:
Amoris, ut Te filio
Præſtes benigna, Matrem,
Doloris, ut tot vulnerum
Chirurga *a.* ſis meorum.

3.

Ad Te cadaver putidum
Fractæque larva vitæ,
Multo notatus ulcere
Se Lazarus reclinat;
Ad Te, medelam publicæ
Et Pharmacum ſalutis,

a. Ærumnarum Domina & ſpiritualis Chirurga: Hymn. Græc.

Luc. 16.

Ad

Adrepit è fædiſſimo
Job ſaucius fimeto.

4.

En plenus ut pædoribus
Saniéque ploret Irus?
Ut membra ſterquilinio
Volvat ſepulta Codrus?
Ut corpus omne verminet,
Atróque pure ſtillet
Gravémque ſpiret naribus
Eumæus hic mephytim?

5.

Ego ille ſum Probaticæ
Joann. 5. Solymæus æger oræ?
Bisquindecim ſub porticu,
Quatuórque bis per annos,
Egenus omnis auxilj
Motum ſalubris undæ
Exſpecto: ni Tu dexteram
Virgo (peribo) præſtes!

6.

Luc. 17. Ego illè ſum Decem virûm
Et unus, & remotus,
Stans eminùs, quem criminum
Procul eſſe lepra juſſit,
Inſtar pruinæ candicans
Nivíſque, totus ulcus,
Miſerere David filia
Synecdtici *Maria*.

7.

Ego ille ſum, ſuperbiæ
Quem turpis inflat hydrops,
Diſtentus inſtar tympani
Utríſque, folliúmque,
Cui membra, faſtu turgida
Auſtríſque vanitatis,
Et gloriæ vaporibus
Rigent, tuméntque ventis.

8.

Joann. 9. Ego ille ſum Viarius
Natus parente cæcus,
Cui culpa clauſit lumina
Et bina frontis aſtra
Eclipſis aſtra criminum
Velavit, & tenebris,
Solem ſalutis ſuſtulit,
Luménque gratiarum.

9.

Nec deſtitutum lumine
Sat eſt dolere noctem, Marc. 7.
Quin muta lingua vinculis
Et his tenentur aures,
Qui claudit has, & hanc tenet
Eſt inquilinus hoſtis,
Fomes mali felicitas,
Opes, caro, Cupido.

10.

His vapulo lictoribus
His torqueor tyrannis,
Diròque mentem ſpiritu
Agitante, lancinante,
Auri ſitis, phreneticis
Plutûſque mergit undis,
Furórque flammis Cyprius
Convellit oſſa Typhus.

11.

Abſente vitæ lumine
Nox ingruit ſepulcri,
Æger Galeni dexterâ
Et arte deſtitutus,
Ad Æaci prætorium,
Minois ad tribunal,
Et ad Charontis evolat
Naulum daturus, amnem.

12.

Suum Bethana Lazarum
Sic Martha, Magdalíſque
Abſente Chriſto perdidit
Et intulit ſepulcro,
Hunc lacrimæ, ſuſpiria,
Et clamor infrementis
De linteis, & inſtitis
Vox excitat Magiſtri.

13

Non una morbi fæditas
Non una vis veneni,

Sed

Sed occupavit ilias
Horrenda me dolorum,
Isa. 1. *A planta ad usque verticem*
(Hæc sunt talenta culpæ)
Nulla fuit in me sanitas,
Sed plaga, livor, ulcus.

14.

Meo, sepultus, criminum
Pædore verminabam,
Et Tænari jam pabulum
Pulvis forem, cinísque,
Ni Tu miserta funeris
Cadaverísque Virgo
Joan. 11. *Quatriduanum Lazarum*
A morte suscitâsses.

15.

Ego cæsus à latronibus
Spoliatus, & theristro
Luc. 10. Exutus innocentiæ
Et saucius cruenta
Relictos inter vulnera,
Plagásque purulentas.
Cujus viator Presbyter,
Levita nec misertus.

16.

Tu Virgo Vulneraria
Medicáque *semivivo*
Aderas, opémque languido,
Luc. 10. Et dexteram dedisti.
Multo Lyæum vulneri
Oleúmque Samaritis
Benigna fundens, gratiæ
Et vita sanitatis.

17.

Fui latrina sordium
Et ulcerum cloaca,
Sentina fæda criminum
Queîs sordeo meorum,
Percussus à latronibus;
Sed Virgo sauciato
Ægróque semper perdito
Fidelis adfuisti.

18.

Mater secundi dicer is,
Et es Parens Adami
Talem reatus Te meus
Et culpa Virgo fecit,
O *culpa felix! qua reis*
Talem dedit Parentem
Qua cum Deum Puerpera
Tulit, tulit salutem.

19.

Primi vigorem corporis
Eva MARIA debes.
Ab hac Tuæ substantiam
Propaginis tulisti.
Sed Eva debet millies
Primæva plus secundæ,
A qua *secundum* retulit
Vita perennis *ortum.*

20.

Qua Prima Mundi Mater est,
Est facta bis Secunda,
Ob gratias quas contulit
Mater secunda Prima,
Sic Prima dici veriùs
Ab hac potest secunda,
Ut hæc *secunda* sanctius
De *jure Prima* possit.

21.

Hinc illa tela mentium
Gementium vibrantur,
Amoris illa spicula
Cordis rotata nervo,
Ad ima tendunt pectoris,
Et perforânt medullas,
Et vulnerant mucronibus
Amoris & Doloris.

22.

O Virga cincta liliis
Et vestium ligustris,
Florum pruinis, & nive
Albentium Rosarum,
Cui casta byssus atria
Thronúmque gemma vestit
Atros, at udos lacrimis
Ne spreveris penates.

23.

MARIA sueta candidis
Inambulare Cygnis,

Ne

Ne semper *Innocentia*
Albas fove *columbas*
Quin & *volucres Te nigra*
(Plebs invenusta) *Corvi*,
Tuis diserti laudibus
Sublimiùs celebrant,

24.

Super, canentes, æthera
Alâ Cygni ministrâ
Te subjugales evehant:
Sublimiùs ferêre
Votis Tuorum Supplicum,
Amantiúmque pennis,
Quas, ah! & eheu! cordibus
Amor, Dolórque junxit.

Paraphrasis,

ut suprà.

AUgustissima Universi Domina, & Misericordiæ Mater, cujus Misericordiâ plena est Terra, *a.* quis Misericordiæ Tuæ longitudinem, latitudinem, sublimitatem & profundum queat investigare? nam longitudo ejus usque in diem novissimum, invocantibus eam subvenit Universis. Latitudo ejus replet Orbem Terrarum, ut ejus Misericordiâ, plena sit omnis Terra: Sic & sublimitas ejus Civitatis Supernæ invénit restaurationem: & profundum ejus sedentibus in tenebris, & in umbra mortis obtinuit redemptionem, Certè *b.* Domina, cùm Te aspicio, nihil nisi misericordiam cerno: nam pro miseris Mater Dei facta es: Misericordiam insuper genuisti, & demum Tibi miserendi officium est commissum, Undique solicita de miseris, undique misericordia vallaris, solùm misereri Tu videris appetere. Multum solicita es, miseros hos, in Tuos filios, adoptare; hos regere voluisti, & ideò Regina Misericordiæ Tu vocaris: *c.* cujus adeò pietate replentur ubera, ut alicujus facta notitiâ miseriæ, lac fundant misericordiæ, nec possit Virgo benignissima miserias scire, & non subvenire. Sicut enim ubicunque fuerit corpus, ibi congregantur & Aquilæ, ita ubi-

Psalm. 32.

a. S. Bernard. serm. 4. de Assumpt.

b. S. Bonav. stimul. Amor. p. 3. c. 19.

c. Richard. de S. Victore cap. 23. in Cant.

ubicunque fuerit miseria, ejus currit & succurit Misericordia. Regina *d.* cælorum est, misericors est, Mater est Unigeniti Filii. Nihil enim sic potest potestatis ejus, seu pietatis magnitudinem commendare: nisi fortè aut non creditur Dei Filius honorare Matrem; aut dubitare quis potest, omnino in affectum charitatis transisse Mariæ viscera, in quibus ipsa, quæ ex Deo est Charitas, novem mensibus corporaliter requievit. Ipsa *e.* nempe Mediatrix nostra; ipsa est per quam suscepimus misericordiam Tuam Deus: ipsa est, per quam & Dominum JESUM in domos nostras accepimus. Ipsa est, *f.* cui data est potestas in cælo & in terra, quæ posse potestas est: & in manibus ejus vita, & spiritus nostri; & oculi omnium Christianorum in eam sperant, & ipsa dat eis escam gratiæ (quâ plena est) in tempore opportuno. Ipsa est *quam S. Anselmus humili affectu, filiali submissione, contrito corde, afflicto terræ corpore, verbis ad omnem pænitudinem compositissimis precatur, & infit. g.* Tibi O Genitrix vitæ, O Mater Salutis, O templum pietatis & Misericordiæ, Tibi sese conatur præsentare miserabilis anima mea, morbis vitiorum languida, vulneribus facinorum scissa, ulceribus flagitiorum putrida, Tibi nititur, quantùm moribunda valet, supplicare, ut potentibus Tuis meritis, & piis Tuis precibus digneris eam sanare. O Tu benedicta super mulieres, qui angelos vincis puritate, sanctos superas pietate, anhelat moribundus spiritus meus ad tantæ benignitatis respectum. Rogare enim te Domina desidero, ut miserationis Tuæ respectu cures plagas & ulcera peccatorum meorum: Sed confundor coram Te ob fædorem & sordes eorum. Horreo Domina apparere Tibi in immunditiis & horroribus meis, ne Tu horreas me pro eis, & non possum, væ mihi! videri sine eis. O Tu illa piè potens, & potenter pia Maria, de qua fons est ortus Misericordiæ. Ne contineas

d. S. Bernard. serm. 1. de Assum.

e. S. Bernard. serm. 2. de Assum.

f. S. Bernard. serm. 1. sup. Salve.

g. S. Anselm. Archiep. Cantuar. Orat. ad B. V. M. & Christum filium ejus.

neas precor tam veram misericordiam, ubi tam veram agnoscis miseriam. Si enim ego confundor in obscœnitate iniquitatis meæ ad fulgorem Tuæ sanctitatis, tuné Domina erubesces erga miserum, effectum insitæ pietatis? Si ego confiteor nequitiam meam, tuné abnegabis benignitatem tuam? Si major est miseria mea, quàm mihi expediat, eritne minor misericordia Tua, quàm Te deceat? Quantò enim Domina magis delicta mea in conspectu Dei & Tuo sordent, tantò magis curatione & tua subventione egent. Sana ergo Clementissima infirmitatem, & delebis quæ Te offendit fæditatem. Aufer benignissima languorem, & non senties, quem horres fædorem: fac piissima ut non sit quod dolet, & non erit quod sinceritati Tuæ sordet. Fac Domina, & exaudi me Domina! *h.* Sileat misericordiam Tuam Virgo Beata, si quis est, qui invocatam Te in necessitatibus suis sibi meminerit defuisse: nos quidem servuli Tui cæteris in virtutibus, congaudemus Tibi, sed in hac potiùs nobis ipsis. Laudamus Virginitatem, Humilitatem miramur, sed Misericordia dulciùs sapit, Misericordiam amplectimur chariùs, recordamur sæpiùs, crebriùs invocamus. Hæc est enim quæ totius Mundi reparationem obtinuit, salutem omnium impetravit. Per Te O Genitrix Beata cælum repletum, Infernus evacuatus est, instauratæ ruinæ cælestis Hierusalem, expectantibus miseris vita perdita data. Sic potentissima & piissima Charitas, & affectu compatiendi & subveniendi abundat effectu, æquè locuples in utroque: ad hunc igitur fontem sitibunda properat anima nostra: ad hunc Misericordiæ cumulum tota solicitudine miseria nostra recurrat; quia in *i.* hoc convenienter vocatur Regina Misericordiæ, quòd divinæ pietatis abyssum, cui vult, & quando vult, quomodo vult creditur aperire, ut quivis enormis peccator non pereat, cui sancta sanctorum patrocinii sui suffragia præstat. Eapropter

h. S. Bern. homil. 4. de Assumpt.

i. S Bernard. serm. 1. sup. Salve Reg.

pter dicamus omnes assiduè: Salve Regina, Mater Misericordiæ.

Vita.

S. BONAVENTURA ut suprà.

Vita, Via, Veritas est de terra nata,
Et Tua Virginitas restat illibata,
Nam tua humilitas fuit operata,
Quòd in Te Divinitas esset incarnata.

ODE.

Joann. 14. O *VITA, VERITAS, VIA*!
Terrâ Parente, nata,
O Virgo Mater, integri
Et candidi Pudoris,
Cujus nitoris lilium
Rosámque Castitatis
Nec vespa læsit Virginem,
Nec ulla musca Florem.

2.

Te *Magna* Matrem *Parvitas*,
Mentísque servitudo,
Et Parvitatis dignitas,
Et sanctitas Pudoris,
Magni creavit Numinis
Puerperámque, *carne*
Divinitatem vestiens,
Humanitate VERBUM.

3.

Per Te revixit mortuum
Putris cadaver Orbis.
O *VITA VITÆ*! lacteo
Liquore plena pectus,
Quo nos *peremptos recreas*
Foves, alis, Tuíque
Cant. 8. Nos *lacte pastos Filij*
Vis Mater esse Fratres.

4.

O Diva supplicantibus,
Mitísque tota servis,
Quæ vota nostra risibus,
Annutibúsque mulces.
Et prona diligentibus
Te, gratias propina,
Aurémque præstas questibus.
Et lacrymis Patronam.

5.

O *Omnium Viventium*
Fons, Vita, Spes, Salúsque,
Vidén ut Averni pertinax,
Et pestilens venenum
Irrepat Orbi, Cerberi
Natum Trifaucis alvo.
Rictúque fusum triplici
Mortalium ruinæ?

6.

Sudantis Hydræ toxicum
Spumámque nauseantis
Sensêre mortis hostiæ
Tot funerum phalanges:
Provinciarum victimas
Tot fecit *UNA* pestis,
Hostilibus nocentior
Furente Marte plagis.

7. Quo-

7.
Quousque Mater ſuſtines
Fati furentis iras?
Quousque fers tyrannidem
Luémque ſævientem?
Vides acervos funerum,
Cadaverúmque moles,
Urbésque plenas luctibus
Ploratibúsque campos?

8.
Compeſce ſidus noxium
Feráxque mortis aſtrum,
Lethi minantis Heſperum,
Et Funebrem Cometam,
Accende pro funalibus,
Tædaque funerali,
Jubar Tuorum luminum,
Solésque gratiarum,

9.
Retunde tetros aëris
Mutabilis vapores,
Extingue flammas corporum,
Ignésque febrientûm
Carbunculorum toxica
Et ulcerum venena,
Omnémque peſtem nubium
In Regna ſævientem.

10.
Sed & retunde prælia
In nos ruentis Orci
Circumfrementis undique
Inſtar Leonis offam
1. Petr. 5 Quærentis, alti ſanguine
Paſtíque carne tauri,
Aut Tigris, hauſtus cui cruor
Humanus addit iras.

11.
In nos ruit Plutonia
Vis execranda Ditis,
Satellites Proſerpinæ
Et Cerberi moloſſi,
Stygis furentis agmina
Exercitus Megæræ
Regísque grandes Tænari
Nos impetunt Tyranni.

12.
Septena belli fulmina
Bellantium Strategi,
Acies ſuas, & cornua
In nos aperta vertunt,
Bellona Dux SUPERBIA
Se vultuoſa primam,
Victoriis tot inſolens
Offert, petítque ferro.

13.
Armata Cypris miſſiles
Agitat, vibratque flammas,
Adverſa laſciviſſimo
Incendit igne caſtra,
Telum venenis oblitum
Veles jacit Cupido,
Quotquot ferit, tot vulnerat,
Et funerat ſagittis.

14.
Furore Stridens Marspiter
Atráque bile frendens,
Crudelis inſtar belluæ
Sternit, ſecat, trucidat,
Fuſóque ſpumans ſanguine
Adhuc ſitit cruorem,
Et ſtans ſuper cadavera
Inſultat *IRA* victis.

15.
Livor, peritus Funditor
Saxis ferire doctus,
Et cominùs dolonibus
Et eminùs ſagittis,
Bellator audax arjete
Quaſſans, preménsq; muros,
Et Urbium repagula,
Vectes, ſeráſque frangit,

16.
Ad arma! ad arma Thyrſiger
Lyæus Æneator
Vocat, ferítque tympana
Lituos, tubámque & æra

Temulentus hoſtis increpat
Et incitat cohortes,
Addit furores Maſſico,
Clamoribus calores.

17.

Volatiles Triarios,
Scurras, Laverniones,
Prædis *AVARUS* incubans
DUX expedit latrones,
Graves rapinis, ſpartacos
Sicarios, *Achilles*,
Aſtu Sinones perfidos,
Et callidos *Ulyſſes*.

18.

Uterum gerens *Acedia*
Belli parit Tribunos,
De qua velut de Tröio
Miles cadit caballo:
Hac *Matre* ſurgunt integræ
Ad bella & arma turmæ,
Hæc omnium puerpera
Et Mater eſt malorum.

19.

Hæc hoſtibus nocentior,
Ipſiſque pejor armis,
Inter cubans tentoria
Quamvis inermis, omnem
Suo paratum dirigit
Exercitum Senatu,
Et præliorum Cenſus eſt,
Et Militum Magiſtra.

20.

Pax nulla conſtat noctibus,
Et nulla ſtat diebus.
Inſultibus, tumultibus,
Armíſque vellicamur.
Non infrequenter cædimur,
Victíque mancipamur.
Turpíque cæſi prælio,
Raptamur in triumphum.

21.

At *Virgo* Tu quæ diceris Cant. 6.
Acies benè ordinata,
Et Turrium fortiſſima Cant. 4.
Ancilibus Virorum,
Armíſque cincta fortium
Formidoloſa Diti,
Succurre præliantibus,
Et robur adde bello.

22.

Retunde vires hoſtium
Superbiámque frange,
Et inſolentes Tænari
Victorias Tyranni,
MARIA VICTRIX contere,
Et diſſipa phalangas,
Et ſub Tuâ nos protege
Armata Pallas, haſtâ.

23.

En inter ulnas Puſio
Preces probat rogantis:
En ut Parentem amabilis
Te ſuaviatur Infans?
Ut blandus offert oſculum
Reciprocúmque geſtit?
Ut annuas Clientibus
Petentibus ſalutem!

24.

Sic Te canemus (annue!)
Et Filium canemus:
In utriusque gloriam,
Et gratias diſerti,
Panegyrímque Tullij,
Et Eclogam Marones,
Et ſacra circum tempora
Lunabimus corollas.

Para-

Paraphrasis. *ut ſuprà.*

O VITA, univerſæ VITAE, Salutisque Salus, Deipara MARIA, quæ pridem per Os Sapientis, nos ad Te invitans dixiſti : Tranſite *a.* ad me omnes, qui concupiſcitis me : in me omnis gratia, viæ & veritatis, in me omnis SPES VITÆ & Virtutis. Ecce *b.* Domina, porta VITÆ, janua ſalutis, Via reconciliationis, aditus recuperationis ; *venio,* & obſecro Te per Salvatricem fæcunditatem, fac ut peccatorum meorum mihi venia, & benè vivendi gratia concedatur, ut usque in finem hic ſervus Tuus ſub Tua protectione cuſtodiatur. O aula univerſalis pietatis, cauſa generalis reconciliationis, vas & templum VITÆ & ſalutis, univerſorum. Nos *c.* miſeri Tecum de cæterò conſolemur, tecum amodo Domina habitemus, demum totis viribus amplectamur : quia Tu es vita, VITA verè, quæ mortem ſuperbiæ viciſti : quæ nobis VITAM gratiæ impetraſti, VITAM gloriæ genuiſti. Et non eſt dubium, quòd VITAM naturæ multis reddidiſti. O VITA mirabilis, quæ mortuos vivificare conaris ! Per Te O Domina à privatione eſt homo regreſſus ad habitum. O VITA mortem non timens, mortem expellens, mortales immortales conſtituens ! O certè VITA amabilis, VITA deſiderabilis ! VITA delectabilis ! O VITA non ſeneſcens, ſed potius ſenes ad juventutem reducens ! O Vita, carnales vitas ad nihilum redigens, & abhorrens ! O VITA quæ nutris cæleſtibus alimentis ! O VITA certè contraria VITÆ Mundi ! Qui enim vult Te habere, ſe affligat, delitias reſpuat, delicata quæq; contemnat, & qui ampliùs mortificatus fuerit, ampliùs Te poſſidebit. O VITA divina fortificans poteſtate, ſcilicet impetratione divina, divinâ ſapientia regulans, & divinâ vegetans bonitate. Si VITA mea es,

a. Eccli. 24.

b. S. Anſelm. Oratio: devotiſſ. ad Deiparam.

c. S. Bonav. in ſtimul. Amoris part. 3 cap. 19.

cur non ſemper in me es , cur non ſemper vegetas animam meam? quis mihi tribuat, ut ſemper gaudeam beneficio hujus VITÆ? *Certè quam d.* Eva inobediens meruit pœnam: MARIA, obediendo conſequuta es gratiam: illa guſtando prohibitum, maledicta: Tu credens Angelo es benedicta: illa nobis mortem contulit, Tu Virgo VITAM nobis peperiſti: Eva *M*ater generis noſtri pœnam intulit mundo, Tu Genitrix Domini noſtri, ſalutem & fæminæ ſuggeſſiſti & Viro: auctrix peccati maledicta, auctrix meriti benedicta: illa occidendo obfuit, Tu vivificando profuiſti. *Tu gratiarum VITAEQVE Mater, quæ MUTANS NOMEN EVAE, ſtupenda divinæ ſapientiæ metamorphoſi feciſti, ut, quod Prævaricatori Adam per ironiam illudens Deus olim dixit: ECCE ADAM QVASI UNUS EX NOBIS FACTUS EST, incomprehenſibili prodigio verificaretur, cum DEUM HOMINEM, alterum è cælo Adam, totius Mundi VITAM, Mater viventium, Orbi per culpam perdito, peperiſti, & mortuo ſpiraculum Vitæ, unico & Salvifico verbo FIAT, vivificatrix omnium, inſpiraſti.* Tu quæ *e.* genuiſti eum, qui olim in Paradiſo formavit Adam ex luto, quæ VERBUM ex Te INCARNATUM peperiſti: Deipara exiſtis, quæ ſola ſolius Dei Filium genuiſti: *f. M*ater Dei Unigeniti, Domini & Regis omnium, Plaſmatoris & Creatoris cunctorum: illius qui in excelſis ſine *M*atre: & in terris eſt ſine Patre: ipſius qui in cælis ſecundùm Deitatem in ſinu eſt Patris: & in terris ſecundùm corporis ſuſceptionem, in ſinu eſt *M*atris: O magnæ admirationis gratia! O inenarrabilis ſuavitas! O ineffabile magnúmque Sacramentum! illius Unigeniti Dei dicitur hæc *M*ater Virgo *M*aria, digna digni, Immaculata Sancti, Una Unius, *U*nica *U*nici. O *g.* miram Puellam, ſui Creatoris *M*atrem! O ſtupendam dignitatem, ut fæmina habeat cum Deo Patre com-

d. S. Auguſt. lib. de 5. hæref. cap. 6. & ſerm. 7. in Natal. Dom.

e. S. Epiphan de Laudib. Virginis.

f. Origenes part. 2. hom. 1. in diverſ.

g. S. Thom. de Villan. apud Paccvi-

communem filium; cui dicat Pater, FILIUS MEUS ES TU; & sit Puella Mater, cujus Deus Pater, Filius ad dexteram Patris sedet, Mater ad dexteram filii, mutuóque communem Filium, beatis oculis medium conspiciunt! ait Pater filio, EX UTERO ANTE LUCIFERUM GENUI TE: ait eidem Mater, ex utero Virgo genui Te! stupet de sua gloria, neque suam valet ipsa comprehendere celsitudinem. Eò enim ipsô quòd Mater Creatoris effecta est, omnium Creaturarum jure optimo, Domina & Regina constituta est. *Nam non h.* potest intelligi major gratia participari creaturæ, quàm esse Matrem Dei. Ipsa *i.* Mater est, cui talis filius decentissimus fuit: Ipsa est, quâ majorem Deus facere non posset. Majorem mundum posset facere Deus, majus cælum posset facere Deus: majorem Matrem, quam Matrem Dei, non posset facere Deus. Porrò *k.* Deum hujusmodi decebat nativitas, quâ non nisi de Virgine nasceretur: talis & congruebat Virgini partus, ut non pareret nisi Deum. Hujus *l.* dignitatis & gratiæ effectus, nec cor concipere, nec lingua valet exprimere. Mulier *m.* quæ Cælorum superaverat naturam puritate, Virgo ipsorum Seraphim ipsam vincit naturam miraculo Dei generationis: prima natura, proximè accedens ad Deum Opificem generationum. Tota *n.* Deo propinqua: ipsa namque Cherubinos superans, ac supra Seraphinos evecta, proxima Deo existit. O admirandam *o.* & omni honore dignissimam Virginem! O fæminam singulariter venerandam! super omnes fæminas admirabilem! Parentum reparatricem! posterorum VIVIFICATRICEM! O *M*ater *p.* Lucis, stella VITÆ, Dei thronus, templum cælo majus, cathedra cherubica, arca VITÆ, ipsa Noë arcâ latior, longior, illustrior, universum habens Trinitatis complementum: quandoquidem & Spiritus sanctus obveniebat in Te, &

chel: Exer. 19. ad salut. Angelic. num. 11.

h. Albert. Magn. apud S. Antonin. 4 part. titul. 15. cap. 20.

i. S. Bonav. in specul. Mariæ c. 10.

k. S. Bernar. serm 2. sup. Missus.

l. S. August. initio lib. de Assumpt.

m. Andreas Hierosolym. serm. 2. de Annun.

n. S. Damasc. orat. 1. de Nativ. Deip.

o. S. Bernar. serm 2. sup. Missus.

p. S. Hesichius serm. 2. de Deip.

hoſpitabatur, & Pater obumbrabat, & Filius utero geſtatus inhabitabat; *eſto nobis in hac vita, VITA VITAE, & gratiarum.*

Dulcedo.

S. BONAVENTURA. ut ſuprà.

Dulcedo dulcedinis fructus benedictus,
Ventris tui Virginis agnus *D*ei dictus,
Cujus unda ſanguinis homo derelictus,
Lotus labe criminis eſt, & dæmon victus.

ODE.

QVem Primus Orbis Incola
 Poſſedit hoſpes hortum,
Omnis fuit *DULCEDINIS*
 Origo, Nectariſque,
Felicitatis Regia,
 Regnum beatitatis.
Manans perenni flumine,
 Maríque gaudiorum.

2.

In hoc amantûm nobile
 Par, Sponſa, Sponſus, ævum
Vixiſſet optatiſſimum
 Ni læva mens fuiſſet, Virg. l. 2. Æneïd
Nam quo-manus, quo-lumina
 Quocunque ſe ferebant,
Greſſu pedum veſtigia,
 Luxus meros premebant.

3.

Fingi Status beatior,
 Sed nec valebat eſſe,
Hic ipſamet Felicitas
 Se ſe offerebat ultrò,
Et baſiabat Hoſpites
 Suos Beatitudo,
Omni replens *DULCEDINE*
 Favóque, ſeſamóque.

4.

Stillabat arbor balſamo
 Dulcíque petra melle,
Sudabat UVA ſaccharum
 Et lacrimabat aurum,
Aurum fluentis Nectaris
 Et Maſſici liquoris;
Omníſque fructus muſteo
 Mulcebat ora guſtu,

5.

Sed *Dulcius*, ſed ſuavius
 Diviniúſque Pomum,
Cùm dapſilis ſcientiæ
 Fameret, Eva ramo,
Mendax Ceraſtes obtulit
 Facturus ad palatum,
Malum propinans *aureum*
 Nocentius veneno.

6.

Coſtæ recentis filia,
 Parentis & Mariti,
Vetitæ momordit arboris
 Dulcémque Mortis eſcam.

De-

Dedítque Pomum compari
Nostræ cibum ruinæ:
Uterque mortem glutiit,
Malum omnium malorum.

7.

Ezech. 18. *Sic Uvam acerbi palmitis*
Edit, luitque acerbam
Parens amaritudinis
Quin ipsa amaritudo;
Adhuc ferunt & sentiunt,
Ibidem. *Et execrantur Uvæ*
Dentes amaritudinem
In ore filiorum.

8.

Deuter. 32. Primæ Parentis toxicum,
Colocynthidémque Pomi,
Malíque amaritudinem,
Et *Noxi-mellis* offam,
Sua abstulit *Dulcedine*
Mater Suävitatis,
Mutans amaritudinem
Noménque Matris Evæ.

9.

Judic. 14. *Mellis favo quid dulcius?*
Quid fortius leone?
Ex cujus ore prodiit
Mel omne gratiarum?
Et hunc. & illum protulit
Partu, dedítque fructum,
Cant. 1. Ubi peperit *Dulcissimum*
Cypri Maria *Botrum.*

10.

Cant. 7. *Fæcunda vitis. ubera*
Cui sunt gemella botri,
Botri feracis vineæ
Zach. 9. *Vinúmque germinantis*
Casto pudore Virgines,
Apocal. 21. *Sponsásque mitis Agni*
quæcunque quo sunt ebriæ
Apocal. 15. *Celeste carmen efflant.*

11.

Senensis illud Catharis,
Mechtildis & Brigittæ,
Gertrudis & Theresia
Avidis bibêre labris,
Bibêre mille millia
Agni cruore vestes Apocal. 7.
Et lacte tincta, candidis
Circum stolis amicta.

12.

Qui Te, Tuíque pectoris Cantic. 7.
Orísque gutturísque
Sensit fragrantis halitum,
Expertus est odorem.
Mali suävem Punici
Et optimi liquoris,
Liquoris Uva Engaddica
Et Cyprij racemi.

13.

Vox dulcis instar floridi Cant. 2. & 4.
Et pullulantis Horti
Quem suavis auræ pervolat
Favonius susurro;
Et labra distillantia Cant. 4.
Favum, rosásque miscent,
Et lingua rorem melleum Cant. 4.
Et lacteum propinat.

14.

Ros ille, quondam felleam
Et sentibus rigentem,
Viam paravit lacteam
Celóque liliatam,
Totóque sparsit æthere
Gemmas, nivémq; florum,
Dulcis favi feracium
Et lactis & butyri,

15.

Hinc Natus ille Candidus, Cant. 5.
Rubicundus ille sponsus
Qui pastus inter lilia Cant. 6.
Lac edit, & butyrum Isa. 7.
Emmanuel de millibus
Electus & capitus,
Matri suæ charissimus
Et Unus, Unicúsque.

16.

Hic Matris hærens brachiis,
Quondam tonans, furénsq;
In his trisulca fulmina
Suásque fregit iras,
Dum pressa suxit ubera
Dulcedinem Parentis,
Bibítque mansuetudinem,
Mel, Lácque totus Infans.

17.

Cant. 1. *Meliora quis non ubera*
Tua credat esse Vino?
Expertus Augustinus hæc,
Bernardus his potitus,
Dulcissimus, Suavissimus
Mellifluúsque Præsul,
Hinc guttur illud lacteum
Et lingua plena melle.

18.

Hæc auream Chrysostomi
Facundiam rigarunt,
His tua Cyrille, Gregori,
Anselme, penna vixit,
Istis Ephremi Virgines
Fluxére rore chartæ,
Cellensis, his præconia,
Petríque Damiani.

19.

Ex his Aquinas cymbia
Bibit scientiarum,
Laurentius Justi-madet
Diastole Tali-nianus imbre,
Ambrosius, Lactantius
Richardus, Hugo, Victor,
Ignatius, Fulgentius
Germanus, Ildefonsus.

20.

Bona-rore totus diffluit
Ventura Virginali:
Hoc Magna Mundi lumina;
Ecclesiæ Columnæ,
Encomiastæ Virginis,
Viri liquore pleni,
Mellis favos, lac, saccharum,
Rosásque sunt locuti.

21.

Tu mellis Hybla fertilis,
Hymettus es Maria!
Tu Campus uber floribus,
Clausúsque semper Hortus, Cant. 4.
Engaddiana vinea Cant. 1.
Tu, *Natus Uva Cypri* Ibidem.
Cæli repleta nectare
Apúmque fæta rore.

22.

Tu malus inter frondea Cant. 2.
Es Virgo ligna Silva,
Malus fragrans dulcissime Cant. 2.
Odore, flore, fructu,
Fructus suävis gutturi Ibidem.
Meóque dulcis ori
Tuus, supérque Punicum,
Malúmque dives auro.

23.

Ergo Tuæ *Dulcedinis*
Dulcis memento Virgo,
Amara cum Mors ultimum
Absynthii culullum
Cum felle mixtum obtruserit,
Dicens: propino frater!
Hic est calyx amystide
Exhauriendus unâ.

24.

Fac *dulce* mortis poculum
Et adde suavitatem,
De felleo fac *melleum*
Tui miserta servi,
Ut hoc amaritudinis
Sit cymbium Salutis,
Et fas sit ægro dicere
Dulcedo nostra, Salve.

Parâ-

Paraphrasis. *ut suprà.*

DUlcissima Virgo, quàm a. dulce eloquium tuum! favus b. distillans labia Tua! mel & lac sub lingua Tua! *Tu* acerbam c. *illam* Uvam, *quam* comederunt Patres Nostri, *ad cujus esum* filiorum dentes obstupescebant, quámque liberis suis, quamlibet invitis tetrica noverca Eva, & hæc serpenti magis, quàm Deo morigera, ingesserat, pestiferum quasi virus Posteris cunctis infundens, *dulcorâsti*, *cùm Dulcissimum Fructum ventris Tui, nobis peperisti.* Tantò autem dulcior & jucundior Mater Maria successit, quæ obediens Deo, Viris & mulieribus, salutis antidotum suavissimum propinavit, panem vitæ, qui dat Vitam mundo, ac omni redundat dulcedine, in venerabili arca uteri sui recondens, ac Dei filiis, primùm velut è ditissimo penu in lucem proferens, ut semper illi habeant, unde saturentur & inebrientur, omníque voluptate spiritûs perfundantur. Hinc enim montes e. stillant dulcedinem, f. colles fluunt lacte. An non dulcedo nostra dicitur, mulierem omnium pulcerrima, quæ tot sæculis exspectata, & veterum Patrum votis ardentissimè desiderata, se nobis *Messiæ Matrem* lectissimam ac suavissimam exhibet? quæ tot legis & Prophetarum umbris finem imponens, tristem Orbem exhilarat, mulier nimirum illa tam augusta in Paradiso g. promissa, Virga h. florens de radice JESSE, Porta i. aurea, & Terra k. benedicta, Sponsa l. Spiritûs sancti, *cum labiis suis, favum distillantibus*, *UNICO VERBO quo Deus creavit omnia, Fiat*, m. *Maria recreavit.* O quam n. melliflua verba sæpius distillaverunt dulcissima Mariæ labia! quæ etiam benè lac & mel sub lingua habuit; quando lacteum illud continentiæ verbum respondit. Nonne MARIA lac sub lingua habuit; quando la-

a. Cant. 4.
b. Ibid.
c. Ezech. 18.
d. Pet. Canisius lib. 5. cap. 13. de Deip. Virg.
e. Joel. 3.
f. Amos. 9.
g. Genes. 3.
h. Esa. 11.
i. Ezech. 44.
k. Psal. 84.
l. S. Bonav in spec. B. V. Lect. 10.
m. Gen. 1.
n. S. Bonav. tom. 6. part. 2. in spec. B. V. lect. 10.

lacteum illud continentiæ verbum respondit, quomodo fiet istud, quoniam virum non cognosco? nonne etiam mel sub lingua habuit, quando mellifluum dulcedinis verbum respondit: Ecce ancilla Domini, fiat mihi secundùm verbum tuum? de mellifluentia namque hujus melliflui verbi, per totum mundum melliflui facti sunt cæli,
o. Joel. 3. *montésque o. stillaverunt dulcedinem, & p. colles fluxe-*
p. Amos. 9. *runt lacte in amaras lacrimarum valles, & in Maran, q.*
q. Exod. 15. *hoc est amaritudinem, immisit lignum vitæ, & in dulcedi-*
r. S. Bonav. Tom. 7. part. 3. stimul. Amor: cap. 9. Et devotiss. mediat. quæ S. Bernardo tribuitur. fol. 1746. *nem omnes versæ sunt aquæ peccatorum.* Vera r. Dulcedo, MARIA, quæ amaritudinem peccati, veniam impetrando, expellis, quæ nobis dulcedinem gratiæ & Vitæ acquiris, quæ ad suaves Cælestis Patriæ contemplationes introducis. O Dulcis Domina, cujus sola memoria affectum dulcorat, cujus meditatio, magnificentiæ mentem elevat, cujus pulchritudo oculum exhilarat, cujus amænitatis immensitas, cor meditantis inebriat! O Domina, quæ rapis corda dulcedine! nonne cor meum Domina rapuisti, & ubi quæso posuisti illud, ut ipsum valeam invenire? nunquid in sinu Tuo, ne inveniam, collocasti? nunquid inter ubera Tua posuisti illud? fortasse ibi posuisti illud cor meum, ut quod friguerat Tibi, calefiat! O raptrix cordium, quando mihi restitues cor meum? quare sic corda simplicium rapis? quare violentiam facis Tuis amicis? nunquid semper vis ipsum tenere? cum id à Te postulo, mihi arrides, & statim Tua dulcedine consopitus, quiesco, & in me reversus, cùm iterum postulo, me amplexaris Dulcissima, & statim inebrior Tui amore, & tunc cor meum non discerno, nec aliquid scio petere nisi Tuum. Sed ex quo sic est cor meum, Tuo dulcore inebriatum, guberna illud cum Tuo, & in sanguine Agni conserva, & in latere Filii colloca.
s. S. Bern. de Verb. Apoc. Signum Mag. *O Dulcis Maria.* in s. qua nihil austerum, nihil terribile! Revolve (si accedere trepidas humana fragilitas) re-

revolve diligentiùs Evangelicæ historiæ seriem universam, & siquid fortè increpatorium, si quid durum, si quod denique signum vel tenuis indignationis occurrerit in MARIA, de cæterò suspectam habeas, & accedere verearis: quòd si (ut verè sunt) plena magis omnia pietatis & gratiæ, plena mansuetudinis & misericordiæ, quæ ad eam pertinent, inveneris, age gratias ei, qui eam tibi Mediatricem benignissima miseratione providit, in qua nihil possit esse suspectum. Deniq; omnibus, omnia facta est, sapientibus & insipientibus copiosissima charitate debitricem se fecit, omnibus misericordiæ sinum aperuit, ut de plenitudine ejus accipiant Universi: Captivus redemptionem, æger curationem, tristis consolationem, peccator veniam, justus gratiam, Angelus lætitiam, denique tota Trinitas gloriam, Filii persona, carnis humanæ substantiam, ut non sit qui se abscondat à calore ejus. *Nam t.* quæcunque in Scripturis, quæcunque in Creaturis sunt amabilia, quæcunque suavia, quæcunque dulcia, quæcunque pulcra, quæcunque redolentia, quæcunque jucunda, quæcunque pretiosa, quæcunque laudabilia, quæcunque admiranda, quæcunque prodigiosa, quæcunque sublimia; hæc sunt in MARIA, hic per MARIAM, hæc MARIA. O igitur *u.* magna! O pia! O multùm amabilis MARIA! Tu nec nominari quidem potes, quin accendas; nec cogitari quin recrees affectus diligentium Te. Tu nunquam sine dulcedine Tibi divinitûs insitâ, piæ memoriæ portas ingrederis. Nihil austerum in MARIA. Tota suavis, etiam nomine, super mel dulcis. Quanta *x.* non voluptate, quibus bonis non impletur, qui mentem suam sanctissimæ memoriæ Tuæ O Virgo promptuarium effecit. Quam *z.* dulcia peccatoribus eloquia Tua O Domina! supra omnem melodiam refectio Tua, dulcis ori meo. Suavitatum Tuarum affluentia cor meum alienavit à me; & caro

t. Hugo: Victor. serm. 46.

u. S. Bernar. apud S. Bonavent.

x. S. Damasc. orat. 1. de dormit. Deip.

z. S. Bonav. in Psalt. Virgin. 118.

aa. S. Bern. ferm. 3. de Nom. Mar. caro mea mirabiliter exultavit. *Ah aa. quanta ſuavitate repletus S. Bernardinus palàm profeſſus dixit.* Teſtis conſcientiæ meæ eſt Dominus, quia ſi aliquando laudibus Virginis MARIÆ valeo per horam occupari, tantâ lætitiâ ſaucior, tantáque intus ſuavitate perfundor, ut nihil aliud appetam. *Dulcora igitur O Dulciſſima, amaritudinem animæ meæ, dulcora lacrimas, dulcora dolores cordis mei!* O Nectare bb. Cælitum delitiis dulcior! favus cc. mellis, manna dd. cæleſte, petra ee. melle fluens, Dulcedo ff. animarum credentium, theſaure gg. omnium voluptatum, *DULCISSIMA VIRGO MARIA,*

bb. Laurent. Iuſtin. de caſto coñub. c. 9.
cc. Rupert. lib. 3. in cant

dd. Epiph. de laud. Virgin. Maximus. ee. Ioann Geometra in Caten. Corder ad cap. 1. Lucæ. ff. Richard. à S. Laur. lib. 4. gg. S. German. Patriar. Conſtant. orat. 2. de dormit.

Et Spes noſtra.

S. BONAVENTURA. ut ſuprà.

Et Spes noſtra ſolida es Virgo Maria,
Virga Jeſſe florida ut in Iſaia Iſa. 11.
Rore Cæli madida dicit prophetia,
Pulcra ut nix candida Mater Dei pia,

ODE.

Qvæ fila Virgo dexterâ
Noſtríque ſtamen ortûs
Magiſtra verſas, quæ maris
Tumultuantis iras.
Et vela ventis turgida,
Et fluctuum procellas.
Clavúmque Virgo dirigis,
Et anchoram ſalutis.

2.

Errantium Dux mentium
SPES UNA gratiarum,
Cui me, meíque labilem
Mentíſque corporíſque
Cymbam dicavi: da priùs
Quàm verrat illa portum,
Ut criminum reconditam
Exterminem Saburram.

3. Sa-

3.
Suprema cùm lux fulserit,
Forum, diémque Mundo
Dictura casûs ultimum
Factúmque, terminúmque,
Heu quantus horror undique
Et terror imminebit;
Luc. 21. *Tremore tabescentibus*
Arentibúsque luctu!

4.
Cùm pallidum concusserit
Agon supremus Orbem,
Quassata Tellus contremet
Luc. 21. Actura mox ruinam,
Matth. 24. Et sol tenebras induet,
Lunæque fax cruorem,
Nigráque cælum cyclade,
Et contegetur umbris.

5.
Torvis minaces vultibus
Candentis instar æris,
Flammante dirùm syrmate
In Aridam Cometæ,
Ceu fulgur actum fulmine
Ruent, facésque fixas,
Et mobiles encausticâ
Raptas trahent ruinâ.

6.
Nubes pluent cadentibus
Ignes ab axe flammis,
Cælum fluet torrentibus
Et igneis procellis.
Fluctúsque volvet imbrium
Picísque Sulphurísque,
Aër flagrans incendiis
Totum cremabit Orbem,

7.
Addet caminus Vesbii
Liparæque gurges æstus,
Globos Caphantus ignium,
Ructabit Æthna rivos,
Incendiis incendia
Flammis Chymæra flammas,
Iunget focos Vulcania
Et ventilabra Lemnos.

8.
Tumultuantes Æoli
(Vis bellicosa Venti)
Claustris solutis prælia
Per aërem movebunt.
Pugnabit Eurus, Africo
Contrariante fratri,
Buccis Notus tumentibus
Caurum fugabit udus.

9.
Boram repellet Cæcias
Vulturnus hostis Austrum,
Auster resistet Balthico
Inæstuans furori,
Et vorticosus omnia
Turbabit ima summis
Turbo, feroces excitans
Ardentis Orbis ignes.

10.
Non una Mundi portio
Regióque Natióque,
Totius Orbis machina
Cælum, solum, salúmque,
Flagrabit Ortus, Occidens,
Septentrio, Merique-
Dies, suóque corruet
Tumulanda Terra busto,

11.
Formido, pallor, tædium
Et imago dira mortis,
Ipsáque morte sævior
Mortis timor futuræ,
Instar tyranni sævient
Mentésque lancinabunt,
Cogéntque vivos funerum
Vi prævolare sortem,

12.
Heu quantus infaustissimas
Percellet horror aures!
Tigres, Leones, pardali,
Irrugient, freméntque,

Matth. 24. Boabit aura murmure
Tonitruísque cælum,
Fluctus feroces æquoris
Immugient ruinæ.

13.

Qantus pavor præcordia
Exulcerata verme
Rodente conscientiam,
Mentémque fauciata
Angustiabat undique,
Stringétque comprimétq;
Terroribus, doloribus,
Cælo, solóque partis?

14.

Ut inter undas turbine
Iactata nutat alga,
Et pressa fluctu mergitur
Reciprocante, canna,
Et rursus alternantibus
Euris, Notísque surgit,
Aut ventilatæ martiis
Arundines procellis.

15.

Sic mens malorum præscia
Suæque gnara culpæ,
Spretíque noxa Numinis
Temptríxque Vita Legum.
Sudore vultum defluo
Horrebit & pavebit,
Serò nimis cum Trojis
Gemens, dolénsque victis.

16.

Tunc jura summus ultima
Prætor dari jubebit,
Tubæque clangent *SURGITE*
Quotquot latetis Umbræ!
Molli sepultæ cespite
Aut marmorum cavernis,
Putri relicto linteo
Ad JUDICEM, VENITE.

17.

Manes in aures *Surgite*
Ad Iudicis tribunal,
Magni coloni carceris
Et Orbis inquilini
Cælestis Aulæ nuncius
a. *AD JUS CITAT; VENITE!*
Dicâ tenente Iudicis
Dextram, Themi sinistram.

a. Veterum gnome fuit semper Dice, semper Themis Jovi assident. Dice vel Dica Præses judiciorum, Themis Justitiæ:

18.

Huc evoluti carcerum
Et funerum latebris,
Mortis revulsa syndone
Et linteis sepulcri,
Scrobi relictis institis
Ad Iudicem *VENITE*,
De vermibus, bufonibus
Et aspidum sagina.

19.

Omnes adesse Circitor
Cælique Fæcialis
Parere coget, buccina
Circumsonante Mundum,
Quos unda texit æquoris
Aut fluminum profunda,
Sinúsque Terræ clauserant
Flammæq; concremarunt.

20.

Mox excitata funere
Cadmæa turba surget,
Coràm statura judice
Tremens pavénsque culpæ
Domesticæ non inscia,
Suíque gnara probri.
Quam pungit histrix criminū,
Mens, tortor inquilinus.

21.

Tunc Orbis in Comitiis
Ad ultimum tribunal,
Et Universæ anastasin,
Fato stupente, carnis,
Mortis minacis spiculo
Arcúque dissoluto
Rediviva surgent corpora
Tubâ vocante Manes.

22, Tunc

22.
Tunc cuncta motu concuti
Et impetu moveri,
Hiare claustra Manium
Criptæque funerales,
Suóque clausus cespite
Pulvis, cinisque carnem,
Vivúmque sument omnia
Induta corpus ossa.

23.
Par calva, calvæ, pulveri
Par pulvis: ossa servi
Regísque mixta, militis
Ducísque: Cræsus, Irus
Pari jacentes funere
Sed impari resurgent:
Discrimen istud omnibus
Discrimen esse, nulli.

24.
Iris thronum Thaumantias
Altum datura Regi,
Sese arcuabit æthere
Circum tonante cælo,
Tonitruísque nubium
Crepantium furore,
Tremente Terræ pondere
Et mugiente ponto.

25.
Tunc milliones Alitum
Exercitúsque mille
Cælestium, labentium
Cadentis instar imbris
Nimbíque terris aurei,
Nivísque, grandinísque,
Ad Numinis præsentiam,
Et JURIS APPARATUM.

26.
Astræa tunc volumina
Et cordium tabellas,
Annalium diaria
Grandésque, *JURA*, Fastos,
Omnesque pandet indices
Actæque menda vitæ,
Notis legenda grandibus
Inscripta, literísque.

27.
Arcana clausa mentium
Fient aperta Mundo,
Tunc vitreum cor ostium
Laxabit & fenestram.
Desideratam pectore
Momi dicacis ore,
Speculúmque fient abdita,
Crystallus omne pectus.

28.
Celare culpam nemini,
Noxas negare nulli,
Mens impiata crimine
Suíque sons reatûs,
Sinet, sed ultro se ream
Sistet, fatebitúrque
Nondum exprobrante judice
Coacta, nec timore:

29.
Clamante Conscientiâ,
Urgente vi malorum,
Rodente pœnitudine
Noxásque vindicante,
Damnationis literam
Sententiámque sponte
In se feret, se judice,
Actore, Teste, sonte.

30.
Stabunt Tyranni pallidi
Et anxij Monarchæ,
Suum intuentes Iudicem
Quem spreverant Magistrũ,
Oculis vibrantem spicula
Et luminum sagittas,
Iræque justæ fulmina
Nictúsque quot, tot ictus,

31.
Ex ore flumen igneum Dan. 7.
Zeli furentis ardor
Torrentis instar sæviet
Et obruet nocentes,

In volvet omnes flammeo
Vindex procella fluctu,
Et *Ultionis* æquore
Cremante merget hostes.

32.

In perduelles induet
Sapient. 5. Bellator arma Zelus
Succinctus ensem, lanceam
Dextrâ vibrans, sinistrâ
Ancile inexpugnabile
Assumet æquitatem,
Capútque tectus casside
Pugnabit in rebelles.

33.

Quid tunc feroces Attilæ
Totilæque sanguisugæ!
quid Iuliani Cæsares?
Apostatæ Tyranni!
Truces, Nerones, bestiæ
Cruoris helluones,
Busirides, Geryones
Stupore siderati?

34.

Quanto tremore febrient
Tunc Infulæ & tiaræ?
Plusquam rigore quercero
Trement, ruéntque mitræ,
Ducum galeri, Cæsarum
Auro graves coronæ,
Regúmque cum cudonibus
Pares cadent Amyntæ!

35.

Immixta scipionibus
Ligonibúsque sceptra,
Pedísque Peda, Pastoribus
Profana, mixta sacris,
Fascésque ruris fascibus,
Securibus secures,
Et purpuræ centonibus,
Et syntheses abollis.

36.

Quali suam *Philoxenus*
Vitelliúsque vultu
Marci, sues, Antonii,
Crassi meri Charybdes.
Bacchæa Connæ dolia
Apicii gulones,
Verres, ferent sententiam.
SITITE & ESURITE.

37.

Cristata quid superbia
Suáque fronte major?
Fastus tumens? quid Cæliæ
Quid Phyllides Lycurgi?
Quid Tullij Terentiæ,
Briseides Achillis?
Catullianæ Lesbiæ?
Quid Publii Corinnæ?

38.

Frontis nives, & purpura
Oris, jubárque frontis
Certabit umbris sepiæ
Caliginíque noctis,
Genis sedebit buxeus
Luror, colórque mortis,
Vultûs decor, formidinis
Decoctus à pruinâ.

39.

Helenæ, Cleopatræ, Cynthiæ,
Formosa monstra formæ,
Monstris pares Æsopicis
Aut inferi Megæris,
Plutotonis in carnario,
Proserpinæ culinis
Brevi, brevi focariæ
Ad anthraces futuræ.

40.

POMUM SUUM DISCORDIÆ PULCERRIMÆ DEARUM.
Non arbitrandum judice
Pastore purpurato,
Ad Tantali bellaria
Cogentur esurire,
Totáque hiabunt improbum
Æternitate *MALUM.*

41. For-

41.
Formosa Mundi Numina
Adonides, Batilli,
Hylæ, Gyges, Adonides
Paridésque, Castorésque
Phaones, Achylles, Astures
Narcissuli, Absalones,
Omnes amoris exuent,
Veneres, Cupidinésque.

42.
Tot architecti criminum,
Tot Dædali malorum,
Tot præliorum Principes,
Tot Hæresum Magistri,
Fidei, Salutis, Numinis,
Legûmque Proditores,
Tot æquitatis improbi
Et Veritatis hostes.

43.
Tot grandis auri præsides
Opúmque conditores,
Tot Euchones Lydii
Cræsi, Mydæque Condi,
Dites tot Usurarii,
Tot æris harpagones
Quâ fronte stabunt? nemine
Patrocinante causæ?

44.
Osee. 10. Luc. 23. Tunc obrui se montibus,
Et collibus vovebunt,
Tegíque petris Alpium
Et vallium cavernis,
Premíque mole Caucasi
Cerauniisque mille,
Quàm ferre vultum Numinis,
Et judicantis iras.

45.
Tunc devoventis audient
Vocémque fulminantis,
Ibid. In æviterna Tænari
Abite stagna, pestes,
Haurite flammas Tartari
Plutoniæ pyraustæ,
Glutite fusæ congios
Picísque sulphurísque.

46.
Horrenda vox, facessere
Procul jubentis omnes,
Ad æviternos carceris,
Tremenda claustra, vectes,
Migrare, quos vel unicus
Contaminavit error.
Mortique fecit mancipem
Stigísque vapularem.

47.
Ab hoc Tonantis fulmine
Non eximetur ullus,
Interminandis ignibus
Firmum, stat, atquè fixum,
Claudi, cremari, conteri,
In scoriam liquari,
Rursúmque nasci pabulum
Picíque sulphuríque.

48.
Hæc pandet Orci cardines
Horrenda vox *ABITE*.
Æternitatis abditos
Referabit hæc abyssos,
Ebulliet styx vindices
Ardentis omnis undas,
Ultórque vortex ignium
Involvet unus omnes.

49.
Reserata tellus unico
Glubet reos hiatu
Pandæque fauces Tartari
Voraginésque claudent,
Creata surgent omnia
In hostium ultionem,
Armata justas Numini
Natura junget iras.

50.
Peccator in se sentiet
Elementa cuncta ferri,
Orbem frementem surgere Sapient. 5.
Causam Dei tuentem

Orcum Tyrannum frendere
Pœnásque postulantem,
Ridere cælum lacrimas,
Et exprobrare culpas.

51.

Pavoris hujus turbine
Si commovetur Othrys
S. Greg. in Psal. 142. Si contremiscunt aurei
Et concidunt Colossi;
Si Pyramis Nilotica
Et Mempheos columnæ,
Angusta quid mapalia
Quid faginæ tabellæ?

52.

Si laurus expers fulminis
Si Cedrus & Cupressus,
Procumbit, & radicibus
Evulsa marcet Ornus,
Immota nunquid arbuta
Arundinésque stabunt?
Rubus, myrica, capparis,
Salix, genista, fungus?

53.

a. S. Anselmus in medit. ut refert. S. Bonav. in Pharetra, l. 3. cap. 49. Cum me tremores ambient, a.
Et concidam pavore,
Et præstolabor anxius
Sententiam Tonantis,
Coram bilance Præsidis
Sedentis ad tribunal,
Omnem librantis scrupulum
Atomúmque pulverémque.

54.

Quæ me prement angustiæ?
Quæ cor catasta franget?
Sudore quanto diffluam?
quêis lacrimis madebo?
Hinc arguent testantia a.
Peccata me reatûs,
Et inde formidabilis
Astrea lance sternet.

55.

S. Anselm. ut suprà. *Subtus* patebit horridum
Chaos, & abyssus Orci,
Iudex tonabit *desuper*
Iustásque sparget iras.
Urénsque conscientia
Cor verminabit *intus*.
Pendens *foris* acinacis
Minabitur macellum.

56.

Quocunque verto lumina Idem.
Pavor, tremor, minæque,
Ubique trux sententia
Trepidas pererrat aures,
Peccator eheu perditus
Depressus, & relictus,
Constrictus arctis criminum
Quo, vinculis, migrabo?

57.

Fugâ tribunal fallere
Aut callidum latere,
Nulli datur: nec judicis
Obnubilare vultum,
Perplexa virtus candidos
Si pallet inter agnos,
Effrons scelus nigerrimos
Quî stabit inter hædos?

58.

Ad quæ Reus Subsellia
Et asyla provocabo?
Adamante durant omnia
Fuso rigent metallo,
Immitiora tigribus,
Et surdiora saxis,
Nullis movenda lacrimis
Nec mollienda verbis.

59.

Tu sola restas, unicum
Solatium reorum
Et *SPES* & ara supplicum
MARIA perditorum,
Tu sola præbes dexteram,
Tu sola Matris ulnas,
Pandis, Tuis Clientibus,
Natique, mollis iras.

60. Cum

60.
Cum me vocârit clepſydera
Minois ad Tribunal,
Rhadamanthus urnam moverit,
Et Æacus ſtateram,
Reúsque ſiſtar judici
JUSTO, GRAVI, TREMENDO,
Non lacrimis mutabili
Nec mobili patronis,

61.
Tu me, priusquam corporis
Hanc exuam lacernam
Fac gratiarum numine
Affla Parens Tuarum,
Et ſanctiùs da conteri
Et concuti dolore,
Et pœnitentem fluctibus
Innare lacrimarum,

62.
Omnes in altum Balthici,
Et Pontici reatus,
Mercésq; mergam criminum,
Quæſtúsque noxiarum,
Eliberatam pondere
Et noxio phaſelum,
Ad Patriæ Te proveham
Malum regente, portum.

63.
Hæc *Virgo* Te ſuſpiria,
Hæc vota ſupplicantis
Tangent ſuprema ſervuli,
Reíque lacrimantis,
Ne torva frontem contrahe,
Nec gratias roganti,
Nec vultuoſa cælites
Exaſpera favores.

64.
O ſole *Virgo* pulcrior
Sereniórque Luná
Affulge Sidus luminum,
Jubárque naviganti,
Perículoſa ſyrtium
Cynoſura duc per undas,
Ne Scylla mergat Tartari,
Aut glutiat charybdis!

65.
Sít, qui maris Saturnio,
Et fluminum Monarchæ
Qui Nereo, qui Doridi,
Qui Tethydi cruorem
Tauri, vel apri victimæ
In littoris Salebra,
Sacrúmque victimarius
Merum propinet undis,

66.
Tibi polari ſideri
MARISQUE VIRGO STELLÆ,
Utrumque vinctus tæniâ
Vittáque tempus alba,
Lauríque cinctus frondibus,
Et floribus ſacerdos,
Supplex ad aras victima,
Et Hoſtia immolabor.

Paraphraſis,

ut ſuprà.

DOmina *a*. Magna cui gratias agit concio læta juſtorum, ad quam fugit tetra turba reorum. Ad te præ- *a*. S. Anſelm. in medit.

præpotens & Misericors Domina, ego peccator, & utique nimis peccatorum anxius confugio! Videns enim Te Domina, ante districti judicis omnipotentem justitiam, & considerans iræ ejus intolerabilem vehementiam perpetuò peccatorum meorum enormitatem, & condignam tormentorum immanitatem: tanto igitur Domina Clementissima, horrore turbatus, tanto pavore perterritus, cujus innixus implorabo interventionem, *cùm dies vitæ ultimus, æternitatis primus, dies illa, dies iræ, calamitatis & miseriæ, dies magna & amara valde, dies illa tremenda, quando cæli movendi sunt & terra*, cùm *b.* tuba angelica, mirabilia, terrenda, scilicet fulgura, coruscationes percutient corda hominum, & pavere facient: cùm *c.* Redemptor humani generis judex apparuerit, & speciosus justis, & terribilis erit injustis? Quem enim mansuetum aspicient Electi, hunc eundem pavendum atque terribilem conspicient reprobi. Cùm *d.* venerit Dominus & illuminaverit abscondita tenebrarum, & manifestaverit, cogitationes cordis, tunc nihil latebit proximum in proximo, nec erit quod suis quisque aperiat, & abscondat alienis. Cùm *e.* mœrorem diei judicii, & tormenta pereuntium, ne sol quidem & luna, astráque cætera poterunt intueri, sed retrahent fulgorem suum; & severitatem judicantis, reddentis unicuique secundùm opus suum, in caput suum, aspicere non audebunt. Non quò clementiora sunt Dei judicia, sed quò omnis creatura in tormentis aliorum, de suo judicio pertimescat. In *f.* illo die nihil est quod respondeamus, ubi cælum & terra, aqua, sol, & luna, dies & noctes, & totus mundus stabit adversum nos in testimonium peccatorum nostrorum: & si omnia taceant, tamen ipsæ cogitationes nostræ, & ipsa opera specialiter stabunt ante oculos nostros, accusantes nos ante Deum. In *g.* illa die scrutabitur Dominus Hierusalem in lucernis: acuto visu est: nihil inscrutatum relin-

b. S. Bonav. tom. 7. part. 3. solilo: cap. 3.
c. S. Gregor. in Ezech. hom. 7. post. med apud. S. Bonav. Tom 6. Pharet. lib 3. cap. 49.
d. S. August. Epist. 6. ad Ital. vid. ante med. tom. 2. Apud. S. Bonav. ut supra
e. S. Hieron. in Iöel cap 3. tom. 5. apud S. Bonav: ut suprà.
f. S. Chrys. Oper. Imper hom. 9. post med. tom. 2. apud S. Bonav. ut suprà
g. S. Bernard in Cant. cap. 55. circa med.

linquet oculus ejus. Scrutabitur renes & corda, ipsáque cogitatio hominis confitebitur illi; quid tutum in Babylone, si Hierusalem manet scrutinium? O lignum *h.* aridum & inutile, æternis ignibus dignum, quid respondebis in illa die, cùm exigetur à te usque ad ictum oculi, omne tempus vivendi tibi impensum, qualiter fuerit à te expensum? tunc quippe condemnabitur quidquid fuerit inventum in te operis, vel ocij, sermonis & silentij, usque ad minimam cogitationem, etiam quod vixisti; si non fuerit ad voluntatem Dei directum. O *i.* angustia! hic erunt accusantia peccata, inde terrens justitia, subtus patens horridum chaos inferni, desuper iratus judex, intus urens conscientia, foris ardens mundus, & si justus vix salvabitur, peccator sic depressus in quam partem se premet constrictus? ubi latebo? ubi apparebo? latere erit impossibile, apparere intolerabile. Quid *k.* facient tabulæ, si tremunt columnæ? aut quomodo virgulta immobilia stabunt, si hujus pavoris turbine cedri quatiuntur? Animam *l.* terrebunt dæmones terribiles & horribiles: quis eam defendet à rugientibus præparatis ad escam? quis consosabitur eam cùm teterrima illa monstra dæmoniorum occursantia sibi catervatim ruere videbit? aut quis deducet per ignotam regionem? cùm præsentaberis ante tremendum judicem, accusaberis multis & magnis offensis: non uno, non paucis, sed innumeris criminibus: non parvis, sed immensis: non dubiis, sed certis: non brevi accusatione, sed tam longa, quàm longa est tota vita tua; non uno accusatore, sed tot, quot sunt delicta tua. Ipse judex erit districtus accusator tuus: omnes etiam spiritus boni, & mali coram Deo te accusabunt cum eo. Boni quia Deo debent æquitatem; mali quia tuam servant iniquitatem. Tot judicibus & populis adstabis, quot præcesserunt te in opere bono; tot arguentibus confundéris, quot tibi præbuerunt benè

h. S. Anselm. lib. medit. apud S. Bonav ut suprà.

i. S. Bernard. serm. de inter: domo. & S Bonav. ut suprà.

k. S. Greg. in Ps. 142.

l. S. Bernard. de interiori domo cap. 38. fol. 1080.

vivendi exemplum : tot convincéris testibus , quot te monuerunt bonis sermonibus & justis actionibus. Omnibus populis nudabuntur iniquitates tuæ, & cunctis agminibus patebunt universa scelera tua , non solùm actuum , verùm etiam cogitationum & locutionum. Multa verò peccata tunc proruent ex improviso , quasi ex insidiis quæ modò non vides. Undique erunt tibi angustiæ : in tanto discrimine torquabit te tua conscientia malè sibi conscia : cruciabunt te cordis arcana : cogente etiam conscientia, tu ipse eris accusator & judex tuus : convictus teste propria conscientia, & testibus oculis ipsius judicis : fugere non poteris , sed tremens & anxius stabis suspensus ad gravissimam sententiam in angusto periculo, & in periculosa angustia, tanquam illicò recepturus,quod in perpetuum amittere non poteris. Judex tunc erit vehementer iratus, & terribiliter districtus , sententia ejus semel lata erit immutabilis ; tortores horribiles qui nunquam miserentur, erunt parati , ut datâ sententiâ te damnatum ad tormenta rapiant: tormenta erunt sine intervallo & sine temperamento : timor conturbabit te, cùm terra aperietur coram te , ruiturus & casurus in stagnum sulphuris ardentis & fœtentis. *His angustiis deprehensus, m.* cujus implorabo interventionem ? quàm cujus uterus mundi fovit reconciliationem ? unde securiùs velocem in necessitate subventionem sperabo, quàm unde mundo processisse propitiationem scio ? aut cujus intercessio facilius reo veniam impetrabit , quàm quæ illum generalem & singularem , justum ultorem & misericordem indultorem lactavit ? Sicut namque, Beatissima, impossibile est, ut hæc merita Tibi jam singularia, nobis tam necessaria obliviscaris ; sic, Mitissima , incredibile est, ut supplicantibus miseris non miserearis. Sperent *n.* igitur in Te, qui noverunt nomen Tuum, quoniam non derelinquis quærentes Te Domina. Certè qui sperant in Te,

m. S. Anselm. in medit.

n. S. Bonv. stimul amor. Tom. 7. part. 3. cap. 19.

Te mutabunt fortitudinem, aſſument pennas, ut aquilæ volabunt & non deficient, current & non laborabunt. Quis enim non ſperabit in Te, quæ etiam adjuvas deſperantes? Non *o.* mihi alia fiducia O Virgo ſincera: ſub tutela & protectione Tua totus ſum. Ave animæ meæ ſpes, ave Chriſtianorum omnium firma ſalus: adeſto mihi nunc & ſemper O Virgo Dei Genitrix, hoſtiles quoscunque impetus à me avertens, & in via ſalutis me conſtituens, ac in extremo vitæ articulo miſeram meam animam conſervans. Per *p.* Te in numero Salvandorum nos eſſe contingat, O clemens! O pia! O dulcis Maria! ut cùm erit dies iræ, dies tribulationis & anguſtiæ, non reatu puniamur, ſed per Te digni O Domina inveniamur miſericordiâ. Adſis *q.* mihi ſemper Virgo Miſericors, Clemens & benigna in præſenti quidem vita fervens protectrix, & fida auxiliatrix, in terribili autem die judicii ab æterna damnatione me liberans, poſtremò inacceſſæ Tui Filij & Dei gloriæ me cohæredem efficiens. O *r.* virgo ſanctiſſima! ſupernè nos reſpice, & ad thronum judicis ſine pudore adductos, in ea nos ſtatione colloca, quæ eſt ad Filii Tui dexteram, ut in ſublimè rapiamur, & pari cum Angelis hymno improcreabilem ejusdem naturæ Trinitatem perſonemus, quæ in Patre & Filio, & Spiritu ſancto cognoſcitur, & laudatur per ſæcula. Quæſo *s.* Te O Domina, ut in adventu Filij Tui, cum aſſiſtemus omnes judicandi, Tu ut maternam habens fiduciam, & magnam potentiam, validâ illâ manu Tuâ, ab æterno igne nos eripias. In Te *t.* ergo ſperet, qui deſperat, qui deficit, ad Te recurrat confidenter, ad Te perveniat, qui vult aliquid impetrare, dicendo, Salve Mater Miſericordiæ, vita, dulcedo, & Spes noſtra, Salve.

o. S. Ephrem. Syrus Baſilij Mag. Diacon in orat. ad Virg. apud Max. Reichenberg. in Vindic. Mar. animad. 23. & 17. fol. 110. & 82.

p. S. Amadeus Lauſan. Epiſc. hom 8.

q. S Ephrem. in Deprec. ad V. Deiparam.

r. S Baſil. Seleuc. Ep. apud Max. Reichenb. animad. 17. fol. 80.

s. S. German. Conſtantin. ſerm. de Zona.

t. S. Bonav. ſtimul. amor. tom. 7. part. 3. cap. 19.

Salve.

S. BONAVENTURA. *ut suprà.*

Salve lux fidelium, fulgens ut aurora,
Quæ es supra lilium pulcra & decora,
Omne quod est noxium tolle sine mora;
Et Dei auxilium pro nobis implora.

ODE.

S. Bonav. tom. 6. in spec. B. V. lect. 11. S. Bernard.

Regina Salve nostra lux
Splendor, Decus, venustas,
Aurora, terris depluum
Spargens amica rorem,
Vallata circum Liliis,
Et candicans ligustris,
Niténsque Eoi floribus
Primæque Lucis auro.

2.

Isa. 11.

Jessea quamvis aridâ
Egressa stirpe *Radix*,
Vigore nullo fertilis,
Aut fructuosa succo,
Calestis aura sibilo,
Et halitu Columba,
Afflata *Virga floruit*,
Tulitque fæta *fructum*.

Num 17. Is. 11. S. Ambros. serm. de Purific. B. V. tom. 6.

3.

Regina, pleno Gratia
Cui se benigna cornu
Effudit inter viscera,
Deóque plena turges.
Cui totus Æther sternitur,
Et siderum Phalanges,
Turmæque certant cælites
Et ambiunt salutem.

4.

Pet. Damiani. S. Athanas. Epiphanius. S. Augustinus Rupertus lib. 5. in Cant.

Salve, ter Augustissima
Sedes Dei, thronúsque,
Binóque partu Numinis
Geniti, Parens & Altrix,
Enixa Patrem Filia,
Et plasma Conditorem,
Virum Puella, maximum
Sinu fovens Gigantem

S. Thomas de Villan. Hierem. 31.

5.

Inter beata fæminas
Quas ulla vidit ætas,
Aut quas tulerunt sæcula
Ferúntque, sola præstas,
Quam Numen inter cæteras
Elegit esse Matrem.
Suísque dignam gratiis
Amoribúsque Nympham.

6.

Quam Filius Rex, Regiâ
Dignatus est coronâ,
Sceptróque, & ostro Cælitûm
Et purpura beavit,
Astrísque cinxit Principem
Terræque, Siderúmque,
Solémque fecit Vernulam,
Lunam subesse servam.

S. Bern. serm. sup. Signum Mag.

7.

Tu vellus illud roridum.
Sudantis *Iris* æthræ,
Arcus secundi *foederis*,
Positæque testis iræ,
Nubes levis, cui se Deus
Infudit, *ex duobus*
Cælestibus terrestria,
Jungendo, *fecit UNUM.*

Jud. 6. Eccli. 43. Gen. 9. S. Ephrem. de laud. Virg. Ephes. 2.

S. Leo-

8.

Apoc. 5. Ezech. 17. Nu. 15. Apoc. 10.

Leonis Agna mystici
Aquila Columba Mater,
Cujus rugitum Tartari
Exhorruêre manes.

Ezech. 17.

Et hujus alis tectus est
Soli, Políque cardo,
Umbraculóque, Numinis
Subsidit æstus iræ.

9.

Daniel. 3.

Lapillus ille parvulus
De monte devolutus

S. Bonavent. in Spec. cap. 14. fol. 452.

Quem nulla vis mortalium
Nec abscidit securis,
Pusillus ante, factus est
Magni Parens Olympi,
A quo Colossus aureus
In pulverem redactus.

10.

Joann. 12. & 16.

Noctis superbum Principem,
Et Tartari Monarcham,
Mundi tyrannum, millibus
Annis tot insolentem

Imperantem.

Fregit, subegit, perdidit
MARIA perduellem
MARIA DE VICTORIA,
Armatum, inermis, hostem.

11.

Apocal. 12.

Cum tortuosus Virgini
Bellum moveret hydrus,
Septémque virus faucibus
Ructaret in Puellam,

Gen. 3.

Cerastis illa vortices
Contrivit una septem,
Pressítque conquassantibus
Superba colla plantis.

12.

Draconis inde vindices
Livor frementis iras,
Spumantis inde triplici
Canis venena rictu,
Et Cerberi propagines,
Fæx Hæresum, molossi,
Omnísque pestis Tænari
Furentis in Mariam.

13.

Pestes, Erynnes evomant,
Styx monstra viperarum,
Quales adulter improbo
Peperit Arius alvo,
Qui pestilente faucium
Tabo replevit orbem
Et Regna tot. fatalibus
Erroribus peremit.

Florim. Raim. de ortu & progressu Hæres.

14.

Suam Gerumna belluam,
Rhodanúsq; gignat anguem,
Calvo educatum littore
Sodomæ luto nutritum,
Qui toxico Brittanniam
Nocente fascinavit,
Ararísque puro flumini
Immiscuit venena.

Ibidem.

15.

Hæc virulenta bestia
Livore plena frendens,
Signata tergum liliis
Et litterata ferro,
Exerta dentes, cælites
Spurco lacessat ore,
Deíque sedem vellicet
Et gloriam MARIÆ!

16.

Apostolus Germaniæ
(Si Djs placet) Lutherus
Novi Magister dogmatis
Doctor libidinosus.
Ter Numini fædifragus
Spreto fugax cucullo,
Maritus absque conjuge,
Uxorius sacerdos.

Vel (locusta fœtus Orci) Apoc. 9. Florimundus Raimundus lib. de ortu & progressu Hæresum.

17.

Tricongius Trimalcio,
Pasti Catillo ventris,
Oraculum tot Principum,
Eislebiæ Prophetes;

Idem.

Patris Quirini proditor,
Sanctæque SEDIS osor,
Hostis quietis publicæ,
Fax bellici furoris.

18.

Idem. Grandis profusor sanguinis
Et Patriæ Procustes,
Qui Regna, qui Provincias
In bella concitavit,
Rasus caput tenebrio,
Ecclesiæ rebellis,
Furat, Deo Votifragus,
Blasphemus in MARIAM.

19.

Matt. 3. & 23. Luc. 3. Hæ Tartari Propagines,
Partúsque viperarum,
Instent nocere morsibus
Genes. 3. Calcaneo MARIÆ,
Nihil tamen profecerint
Doli, minæ, furores,
Hæc sola cunctas Hæresum
Eliminabit umbras.

20.

Hostes. Formido Ditis: Inferi
Scyronis Interemptrix
Quæ contumaces Spiritus
Superbientis hostis
Luc. 1. Ancilla (Mater Numinis)
Humili premis scabello,
Victricibúsque subijcis
Subacta monstra plantis.

21.

Regina, cujus nomini
Potentiæque supplex
Philip. 2. *Cælestium*, *Terrestrium*
Et poples Inferorum
Flexo genu substernitur.
Omnísque lingua laudes
Tuas diserta concinens
Plaudit, *MARIA SALVE*. Idiota de contempl. Deip. contempl. 6. & lib. 3. Bibliot. vet. PP. cap. 5.

22.

REGINA SALVE, stelleo Apocal. 12.
Caput corusca serto,
Amicta Solis aureo
Argenteóque cultu,
Cui Luna vestis gemmeam Ibidem.
Exosculatur oram,
Et Te salutat Principem,
REGINA Virgo SALVE. S. Bern. serm. sup. Apoc. signum magnum fol. 268.

23.

Sic Cælites, sic Inferi
Sic Terra te celebrat;
Fæx ergo quæ mortalium,
Et carcinoma Vulgi,
Suam neget Te Principem,
Dominámque non salutet!
MARIA PRINCEPS! millies
Regina VIRGO Salve.

24.

Ad dexteram quæ Filij Psal. 44.
Stas plena gratiarum,
Tales repende gratias
Datæ pares Saluti,
Quâ Te colit Clientulus
Et Servulus, MARIA!
Amoris ardet ignibus
Et est *SALUS SALUTIS*.

Para-

Paraphrasis. *ut suprà.*

QVis *a.* ego sum O Domina, quòd ego vilissimus hominum, audeo assistere tantæ Dominæ, & salutare præsumo Reginam Cælorum, Dominam Angelorum & Matrem Dei mei? Sed de Tua benignitate humili, & humilitate benigna confido, quòd me indignissimum sustinebis. Et quamvis sis Arca veteris Testamenti, & ego multò ignobilior, tamen cum Te tetigero corde, & salutavero ore, non credo percuti, sed Tuo amore potius inflammari, & Tua pietate largissima in omnibus exaudiri. Nec *b.* dubium est quòd indignissimi sumus; & credo firmiter, quòd nullus sit Cælestis Angelus, qui Te, ut digna es, valeat salutare: quantò magis ego immundissima Creatura? Mirum videtur quomodo miser homo non tremit, & expavescit tantam Dominam salutare? mira deberet dulcedine os nostrum abundare, cùm tam dulcem Dominam & benignam salutamus! O mira Domina! mirum videtur, quomodo non tantùm delectamur in Te salutando, quòd vel propter Te, & fructum Tuum cætera ignoremus. Quid mihi Domina, dulcius, Tuo Salve? O mirum Salve, quod quadam cælesti dulcedine inebriat cor devotorum! certè jam dicere potest, devotè salutans: liquefacta est anima mea, & salutavi Dominam meam: defecit cor meum & caro mea, dum alloquor Dominam meam: quid ergo libentius audis O Domina, quàm salutationem, quà cognosceris Mater Dei, Mater *c.* lucis, stella vitæ, Dei thronus, templum cælo majus, cathedra Cherubica, Arca vitæ, ipsâ Arcâ Nöe latior, longior, illustrior: universum habens Trinitatis complementum: quandoque & Spiritus sanctus adveniebat in eam, & hospitabatur, & Pater obumbrabat, & Filius utero gestatus inhabitabat. Vides, *O Ari, O Cal-*

a. S. Bonav. tom. 7. part. 3. stimul. Amor. part. 3. cap. 19. medit sup. Salv.

b. Idem. cap. 16. Medit. sup. Ave Maria.

c. S. Hesichius serm. 2. de Deipara.

Calvine! O Luthere! improbissimi Mariomastyges, omnisque cætera sacrilegorum Calumniatorum fæculenta turba, & blasphema Centuriatorum phalanx, viperea & virulenta illius bestiæ progenies, quæ aperuit os suum in blasphemias ad Deum, blasphemare nomen ejus, & TABERNACULUM EJUS, & eos qui in cælo habitant, vides inquam quanta & qualis est Deipara! quid *d.* majus Virgine aut illustrius ullo unquam tempore inventum est, seu aliquando inveniri potest? Hæc sola cælum & terram amplitudine superavit. Quidnam illa sanctius? non Prophetæ, non Apostoli, non Martyres, non Patriarchæ, non Angeli, non throni, non Dominationes, non Seraphim, non denique aliud quidpiam inter creatas res visibiles aut invisibiles, majus aut excellentius inveniri potest? *impudentissimi Mariæ hostes*, quanta & qualis est Deipara? Ducta *e.* in cubiculum quietis æternæ Maria, gratiam veri Regis habet super omnes mulieres, id est super omnes intelligentias Angelicas, & super omnes beatas animas, ut sit in Maria, gratia super omnem gratiam omnium beatorum. Nam revera in capite ejus Rex Regum diadema Regni posuit: diadema certè tam impretiabile, diadema tam delectabile, diadema tam mirabile, quòd hoc omni linguæ inenarrabile, omni ingenio inscrutabile! videtis *infames Aristarchi*, quanta & qualis est Deipara? O *f.* sanctissima! quæ exercitus Angelorum in stuporem duxisti! stupendum enim est miraculum in cælis, Mulier amicta sole! Mulier gestans Lucem in ulnis, alter thronus Cherubicus, Mulieris Filius, qui & ipsius & sæculorum sit Pater, Thalamus Virginis sponsum habens Deum! O sanctissima *g.* Bellatrix Maria! cui sancta Zeli lancea! O Bellatrix egregia, quæ primo eum, qui primus Evam supplantavit, expugnare viriliter aggressa es, ante cujus faciem militia spiritualium nequitiarum, in fugam conversa est, esto inimicis, Tuis, & anima-

Apocal. 13.

d. S. Chrys. apud Wolfg. Weishaubt Elog. Deip. V.M. tit. Regina fol. 626

e. S. Bonav. in spec. lect. 6.

f. S. Epiphan de laud. Virg

g. S. Bonav. tom. 6. part. 2. in spec. Mar. lect. 11. circa finem & lect. 14.

marum nostrarum, terribilis, ut castrorum acies ordinata, & disperde illos qui blasphemant nomen sanctum Tuum! Tu *h.* sola Deum genuisti, Tu sola interemisti hæreticam pravitatem: nam totius stultitiæ Princeps, Diabolus sub Mariæ pedibus conculcatus & contritus miseram patitur servitutem. Nimirum *i.* ipsa est, quondam à Deo promissa mulier serpentis antiqui caput virtutis pede contritura , cujus planè calcaneo in multis versutiis insidiatus est, sed sine causa, sola enim contrivit universam hæreticam pravitatem. O *k.* quàm amara, & timenda est hæc Maria Dæmonibus! Non sic timent hostes visibiles, quasi castrorum multitudinem copiosam, sicut äereæ potestates Mariæ vocabulum, Patrocinium & exemplum. Fluunt & pereunt sicut cera à facie ignis, ubicunque inveniunt crebram hujus nominis recordationem, devotam invocationem, solicitam imitationem. Ibi, *l.* nempe, ceciderunt, qui operantur iniquitatem; expulsi sunt, nec potuerunt stare! *m.* contriti sunt omnes MARIÆ insidiatores, conculcati sunt supplantatores & confusi sunt derogatores, & beatam eam dicunt omnes generationes, dum *n.* in nomine ejus omne genu flectitur, cælestium, terrestrium & infernorum. Salve *o.* igitur, O Domina decies millenis honorum vocabulis digna! Salve fons benedictionis! Profligatrix Inferni, exitium mortis, dolorum omnium finis! ipsum gaudii solum natale! stabilimentum præfirmum salutis humamanæ. *p.* Salve nobis Genitrix Dei! Salve Mater Lucis, Salve quæ similis es rubo, quem vidit Moyses! Exod. 3. Salve nubes velox, de qua dixit Isaias gloriosus. Isa. 19. Salva Arca testamenti Exod. 37. Salve obediens Salve plena gratiæ, Salve quia ex Te natum est Verbum æternum Patris, Salve gestatrix Vitæ, & lætitiæ Mundi. Salve *q.* quà nihil unquam magis peregrinum inter mortales auditum! Salve sacrosanctum Paradisi lignum ab

h. S. Bernar, serm. sup. Salve.

i. S. Bernard. serm. sup. sign. M.

k. S. Bernard. apud S. Bonav. tom. 6. Part. 2. in spec. lect. 3.

l. Psal. 35.

m. S. Bernar. serm. sup. Apocal. 12. signum.

n. Idiota de contem. Deip. con. 6. & l. 2. Bibli-oth. veter. PP. c. 5.

n. S. Bern. apud Maxim Reichenber. in Vind. Mar. Animad. 24. fol. 122.

o. Joan. Damasc. in Menæis Græc.

p. Ecclesia Syriaca apud Petr. Cani-

fium lib. de Deipara. lib. 5. cap. 13. q. Eccl. Græca in Menæis r. S. Bonav. tom. 7. part. 3. ftimul. Am. med. fup. Salve fol. 232.

ipfo Deo plantatum! Salve Extirpatrix Diabolorum! Salve O gladie utrimque acute, hoftis noftri caput abfcindens! Simul per Tuum partum nobis maximè hofpitem, nos in exilio hofpitantes ad cæleftem patriam revoca! Nihil pofthac à Tua r. reverentia, ex quo es Regina, nos amplius poterit impedire! & quid eft falutationem replicare, nifi Tibi fine fine reverentiam exhibere? quid eft falutare, & iterum falutare, nifi falutem, & falutis profectum à Te Domina poftulare? quid falutamus & iterum falutamus, nifi ut tam interiùs, quàm exteriùs, per Te Domina falubriter cuftodiamur? quid faluto, nifi quia utrumque hominem Tuæ reverentiæ expono? Quare Te falutavi, nifi ut Te haberem? quare iterum Te falutavi, nifi ut per Te Filium Tuum poffiderem? quare Te falutavi, nifi ut redderem Te attentam ad vota mea? & iterum quare Te faluto, nifi ut benè fufcipias & perficias ipfa vota mea? aut certè primò Te volumus falutare, ut Te commendemus fecundò ut poft hanc miferiam, Filij Tui gloriâ gaudeamus.

Ad Te clamamus Exules filij Evæ.

S. BONAVENTURA. ut fuprà.

Ad Te clamamus miferi multùm defolati!
Nobis aures aperi pectoris facrati,
Ut à fauce inferi per Te liberati,
Confequamur liberi viam Tui nati.
Exules exilio omnes fumus dati,
Pro Parentum vitio gloriâ privati.

Paradifi gaudio, & exorbitati,
Tuo beneficio fumus reparati.
Evæ lapfus intulit damnum defperatum,
Et à nobis abftulit gaudium beatum,
Et poft Evam contulit Virgini incarnatum,
Quo modo mortem fuftulit, diluit peccatum.

ODE.

ODE.

Qvod inter Astra fulgidum
Isa. 14. Millena mille Sidus,
Suâ decorum gloriâ
Præ cæteris micabat
Splendore, cultu, gratiâ,
Honore, dotibúsque
Suó beatus Lucifer
Est elevatus ortu,

2.

Magno Rebellis Numini,
Suíque Conditoris
Par æmulari gloriam.
Potentiam, thronúmque
Pari tenere dextera,
Sceptríque jura ferre,
Supérque nubes altior
Metator evolare,

3.

Apocal. 12. Audacis arrogantiæ
Superbiæque Princeps
Ausus vocare Cælites
In bella, præliúmque
Effrons movere Numini,
Fato, sed heu! sinistro,
Apoc. 12. Præceps ruens in improbum
Draco fugatus Orcum,

4.

Luc. 10. *Ceu fulgor alto decidit*,
Delapsus exul axe,
Apoc. 12. In ima stagna Tartari,
Liquentis antra flammæ,
Sociáque secum syrmate
Apoc. 12. *Involvit Astra cauda*,
Partêmque Cali tertiam
Pertraxit in ruinam.

5.

Gen. 3. Primos beati Præsides
Et incolas vireti,
Ultor ruinæ, perdito
Pomi nocentis esu
Fefellit hic, peremit hic.
Intoxicavit Anguis
Virúsque matris inscios
Transfudit in Nepotes.

6.

Hinc illa sors Adamidûm
Infausta perditorum,
Hinc mœror, angor, lacrimæ,
Clamor, querela, luctus,
Ultríxque pœna subsequo
Premit, fremítque passu,
Et arguit tristissimi
Nociva furta pomi,

7.

Noctes, diésque patrio
Extorris Orbe *clamat*,
Heu! quo parentum credulus
Gulæque duxit error!
Subjecta nulli, libera
Et plena gaudiorum
In servitutem vendita
Orcóque mancipata.

8.

Ah unicum jentaculum
Pellacis esca frondis
Nos perdidit, nos expulit
Nos exules abegit,
Jussítque Limbi vectibus,
Longáque nocte claudi,
Suspiriis & lacrimis
Tot sæculis premendos.

9.

Patrum Senatus, carceris
Clamabat è profundo:
Rorate cali desuper Isa. 45.
Nubes, pluántque JUSTUM
Tellus aperta germinet
Propaginem salutis,
Et Virga JESSE flosculum Isa. 11.
Et flosculus racemum:

10.

Pressus Propheta carcere 3. Reg. cap. 22.
Et vinculis Michæas;
Inter Leones Daniel Daniel. 6.
Futurus esca brutis

 Chal-

Ezech. 1. Chaldæus exul ad Chobar
Ezechiel fluenta,
Job. 30. Totúsque lepra Job, suo
Clamabat in fimeto.

11.

1. Paral. 33. Babylone victus prælio
Rex Israël Manasses
In servitutem ducitur
Oneratus ære tergum.
Manus, pedésque compede,
Lumbos gravis catena
Duro reclusus in specu
Et vinculatus Exul.

12.

Dolens, geménsque Numini
Supplex, reúsque *clamat*,
Clamans fatetur impium
Idololatra crimen;
Pectus tremit mœroribus,
Cor angitur dolore,
Perfusa rorant lacrimis
Singultientis ora.

13.

2. Reg. 11. Vates decorus purpurâ
Decorus & coronâ,
Poténsque sceptro regius
Sui dolens reatûs,
Caput repletus pulvere,
Saccóque cinctus, eheu!
Psal. 50. *Clamabat*, heu! peccavimus,
Erravimus, dolemus,

14.

Clamabat, & periculis
Angustiisque septus,
Jessæus ille Marspiter,
Et Hannibal Säulis
2. Reg. c. 15. Vallatus armis hostium,
Natíque pressus ense,
Psal. 119. Ad Te Deus clamavimus,
Cum tribularer, inquit.

15.

Et Tu benignam supplici
Aurem Deus dedisti
Animámque de liventium
Furore liberasti,
Venena labris indita 2. Reg. 16.
Fraudes, dolósque linguæ,
Clamantis ad suspiria,
Gemitúsque perdidisti.

16.

Et Tu Benigna supplicum
Clamoribus Maria,
Et frontem & aures explica,
Audíque nos serenâ
Vultûs Tui Clementiâ,
Animíque mititate,
In his dolorum montibus,
Et vallibus malorum.

17.

Clamamus & nos *Exules*
Ad Te *Parentis Evæ*,
Prævaricantis *Filij*
Matríque supplicamus!
O Mater, audi! Filij
Clamant, gemúntque pressi,
Quos prima Mater perdidit,
Secunda fac, adopta.

18.

Mater salutis: nomine
Sic duplici mereris
Dici Tuis à servulis,
Animæque corporísque,
De qua patens fons publicæ
Scaturiit salutis,
Et Archiater prodiit,
Morbíque, funerísque.

19.

Toto *jacebat* undique S. Augustin.
In Orbe grandis æger S. Bernard serm.
Multo cruentus ulcere, 3. de Nat.
Multa scatens mephyti,
Huic Tu (salutis arbitra)
Hypocratem dedisti,
Apollinémque vulneri
Magistra sanitatis.

20. Cla-

20.
Clamamus exacti procul
Felicitatis Horto,
Infascinati publico
Serpentis à veneno,
Quo totus Orbis putruit
(Cadaver universum)
Mortíque factus victima,
Cælestis hostis iræ.

21.
Ad Te gravis suspiria
Mæstæque vota mentis,
Ad Te gementûm lacrymæ
Clamantium dolores,
Ad Te precantûm tædia in
Hac Valle lacrimarum,
Communis ad Te perditæ
Conversio salutis.

22.
Maria, Mundi Delie
Atræque Luna Noctis,
Cui genva flectunt sidera,
Jussísque paret Orbis,
Quam Zona cingit stellea,
Matrémque, Virginémque.
Gen. 8. *Pacis Columbam*, carnea
Cùm sumpsit ossa Numen.

23.
Quæ *Numinis* puerpera,
Men. Græc. 21. Novemb. & 8. Septemb. Altrixque Virgo *VERBI*,
Electa præ tot millibus
Reo creata Mundo,
Quæ prima Pomi toxica
Primæ venena culpæ
Exterminasti, miscuit
Quæ primus Orbis Hostis.

24.
O Luna! Sol! O Phosphore
O luminare magnum,
Materna vultûs lumina
In nos serena verte!
Compesce virus siderum
Plantis premens Cometas
Lethi Planetas fertiles
Mortalium tyrannos.

25.
Arctus Maria Mænalis
Poli, jubárque Ponti,
Extingue tædas funerum
Faces, dolósque Mundi,
Cleménsque Terræ sonticos
Elimina vapores,
Et febrientes ignibus
Cælestibus calores.

26.
Levamen ægrientium,
Languentium medela,
Egentium granarium,
Solatium dolentûm;
Audi preces plorantiûm
Natóque nil neganti,
Fac supplica fons omnium,
Radíxque gratiarum.

27.
Sanis & ægris consule
Medicámque fer salutem,
Tuíque Virtus Numinis
Sit toxico Machaon,
Quod vel Cerastes omnium
(Seps Inferi) malorum,
Afflavit Orbi prologus
Nostræque Dux ruinæ.

28.
Vel quod Rei contraximus
Culpâ frequente virus,
Abominandum, pestilens,
Crudele, luctuosum,
Mortis ferax, quod Patriâ
Nos exulare jussit;
Tui cruore Filij
Medendo, Virgo, pelle,

29.
Tuæ sit antipharmacon
Victoriosa plantæ
Calx, quâ superbi conteris
Caput Draconis, ore Gen. 3.

Adhuc vomentis toxicum
Pomúmque morsicantis.
Irásque cassas viribus
Mortésque sibilantis.

30.

Et Tu tenelle Pusio
Matris cubans in ulnis,
Pro me. Parentis basia
Impressa supplicantis
In *cautionem* suscipe, &
Eadem refunde Matri,
Ut utriusque gratiæ
Malagma sint veneno;

Paraphrasis,

ut suprà.

a. S. Anselm. orat. ad Deip Virg.

O Virgo *a.* Benedicta, & superbenedicta, per cujus benedictionem benedicitur omnis natura non solùm creata à Creatore, sed etiam Creator à Creatura. Omnis natura à Deo est creata, & omnis Dei natura ex Maria est nata. Deus omnia creavit, & Maria Deum genuit. Deus qui omnia fecit & creavit, ipse se ex Maria fecit, & sic omnia quæ fecerat, refecit. Qui potuit omnia de nihilo facere, noluit ea violata sine Maria reficere. Deus igitur est Pater rerum creatarum, & Maria Mater rerum creatarum. Deus est Pater constitutionis omnium, Maria est Mater restitutionis omnium. Deus genuit illum per quem omnia facta sunt, & MARIA peperit illum, per quem omnia salvata sunt. Deus genuit illum, sine quo penitùs nihil est, & MARIA peperit illum, sine quo omninò nihil benè est. Unicum *b.* Filium sibi consubstantialem Deus progenuit; hunc sibi tam Unicum, & in omnibus omnino æqualem, non passus est manere solummodò suum, sed eundem ipsum voluit in rei veritate esse Beatæ MARIÆ Virginis Unicũ & naturalem filium. Ita *c.* in utraq; natura unum generans filium, ut idem sit Filius Dei, qui Filius hominis, nec alter sit Filius hominis, quàm qui Filius Dei: inde generatio hæc, omni miraculo mirabilior, omni opere potentior, omni signo au-

b. S. Anselm. de laud. Virg cap. 3.

c. S. Ildefons. de Virginit. S. Mariæ. cap 11.

augustior '; quia cuncta ita transcendit, cunctis ita præpollet, excellentiam cunctorum ita exsuperat, ut isti, Deo adjuvante, naturæ, etiam Angeli serviant, ministrent huic Angeli, adorent, eámque in Unitate Personæ Filii Dei, infinitis temporibus, & indefessis vocibus, sine fine collaudent. Ad *d.* Te O prodigium cæleste & sacratissimum spectaculum, in quo humanæ naturæ, natura sanctitatis Angelicæ sociatur: Ad *e.* Te causa salutis universorum humano generi: Ad *f.* Te Christianorum Mater, Mater immaculata, Mater intacta: AdTe *g.* de hoc exilio, O sancta sanctorum, ad Te clamamus exules filij Evæ, ut interventu tuo, adjutorio tuo possimus ad cubiculum Veritatis repatriare! Nos adhuc filii Evæ transgressores, filii inobedientiæ, filii Matris antiquæ, ad Te clamamus Regina Misericordiæ! Ad Te *h.* Deiparam: salutis *i.* humanæ, & perditi orbis reparatricem: Redemptionis *k.* Adjutricem: Mundi *l.* Recuperationem & Evæ Redemptionem: Causam *m.* & Adjutricem salutis: Progenitoris *n.* Adam Resurrectionem: Totius *o* denique universi Conciliationem: Clamamus Exules Filii Evæ. O fæmina *p.* mirabiliter singularis, & singulariter mirabilis, per quam Elementa renovantur, inferna remediantur, homines salvantur, Angeli redintegrantur. O fæmina plena & superplena gratiâ, de cujus plenitudinis exundantia respersa, sic revirescit omnis creatura. Per *q.* fæminam mors, per fæminam vita: per Evam interitus, per Mariam salus: illa corrupta sequuta est seductorem, hæc integra peperitSalvatorem: illa poculum à serpente propinatum libenter accepit, & Viro tradidit, ex quo simul mereretur occidi: hæc gratia cælesti desuper infusa vitam protulit, per quam caro posset resuscitari. Eva *r.* mortis causa facta est hominibus, per ipsam enim ingressa est mors in Mundum: Maria verò causa vitæ, per quam genita est nobis vita, &

d. S. Ignat. Mart Ep. ad S. Ioann.
e. S. Irenæus lib. 3. c 33.
f. Origen. hom. 1. in divers.
g S. Bernard. serm. 2. sup. Salve Reg.
h. S: August. lib. de fide ad Petr.
i. Irenæus l. 3. contra Hæres. c. 18.
k S. Hieron. serm. de Ass.
l. S. Anselm. de Excell. Virg cap. 11.
m. Ildefons. serm. de Ass.
n. Gregor. Naz. homil. in Evang. de Deip.
o. S. Ephrem.
p. S. Anselm. in medit. or. devotiss. ad M. V.
q. S. August. de Symb. ad Catech. lib. 5. cap. 4.

r. Epiphan. contra Antidicomarianitas. & per hanc Filius Dei accessit in Mundum: & ubi redundavit peccatum, ibi superabundavit & gratia: & unde facta est Mors, illinc processit Vita; ut vita pro morte fieret. Ab Eva omnis hominum generatio genita est in terra: hîc verò Maria hæc vita Mundo genita est, ut viventem gigneret, & facta MARIA MATER VIVENTIUM.

s. Idem contra Hæref. lib. 3. cap. 2.

t. Gregor. Niss. homil. de Nativ. Christi. Defenditur *t.* & purgatur *M*ulier à *M*uliere, Prima aditum & locum introëundi peccato dedit: hæc verò introëundi Justitiæ subservivit, & ancillata est. Illa consilium serpentis amplexa, atque sequuta est, hæc interfectorem serpentis præbuit, lucis Authorem peperit.

u. S. Chrys. homil. de interdictione arboris ad Adam. *M*ors *u.* per Adam, vita per Christum: Evam serpens seduxit, Maria Gabrieli consensit; sed seductio Evæ attulit mortem, consensus *M*ariæ peperit sæculo Salvatorem. Restauratur per *M*ariam, quod per Evam perierat: per Christum redimitur, quod per Evam fuerat captivatum: per Gabrielem promittitur, quod per Diabolum fuerat desperatum. Denique peccatum aboletur per Christum, quod per Adam fuerat desperatum. Denique peccatum aboletur per Christum, quod per Adam fuerat antè contractum: redimitur per *M*ariam vita, quæ per Evam fuerat interempta.

w. Petr. Chrysolog. serm. 140. Benedicta *w.* Tu in mulieribus, quia in quibus Eva maledicta puniebat viscera, nunc in illis gaudet, honoratur, suspicitur *M*aria benedicta: & facta est verè *M*ater viventium per gratiam, quæ *M*ater ante exstitit morientium per naturam.

x. S. Fulgent. serm. de duplici Nativ. Christi. Attendite *x.* ergo medicinalis gratiæ lineas, divina nobis benignitate monstratas. Tunc ad Evam malus Angelus accessit, ut per Evam homo, quem Deus fecerat, à Deo separaretur. Nunc autem ad MARIAM, bonus Angelus venit, ut in ea humanæ naturæ Deus Unigenitus uniretur. Venit ad Evam Diabolus, ut vitam nobis malignus auferret: venit ad MARIAM Gabriel, ut vitam reddendam hominibus nunciaret. Quoniam

y. Dia-

y. Diabolus per ſerpentem Evæ loquutus, per Evæ aures *M*undo intulit mortem, Deus per Angelum ad MARIAM pertulit verbum, & cunctis ſæculis Vitam effudit. Nam ſicut *z.* Eva inobediens facta, & ſibi, & Univerſo generi humano, cauſa facta eſt mortis: Sic MARIA habens prædeſtinatum virum, tamen Virgo obediens, & ſibi & univerſo generi humano cauſa facta eſt ſalutis. O *aa.* crudelis nimis Eva! per quam ſerpens antiquus peſtiferum etiam ipſi viro virus infudit; ſed fidelis MARIA quæ ſalutis antidotum & viris & mulieribus propinavit. Illa miniſtra fuit ſeductionis, hæc propitiationis; illa ſuggeſſit prævaricationē, hæc injecit redemptionem; Propterea *bb.* curre Eva ad MARIAM, filia pro Matre reſpondeat, ipſa Matris opprobrium auferat, ipſi Patri pro Matre ſatisfaciat: quia ecce ſi vir cecidit per fæminam, jam non erigitur niſi per fæminam. Eva *cc.* quaſi inimica, Eva quaſi vipera, Eva quaſi deformis & ignominioſa; mihi inimica, viro ſuo vipera, ſibimet confuſa ignominia. Inimica per ſuperbiam, quà intus tumuit, vipera per malitiam, quam ex ſerpente concipiens foris tentata facilè ceſſit: ignominioſa per pruritum libidinis, quà ſtatim ſcaturire cæpit, unde & nudam ſe cognoſcens, folio pudenda contexit. Tu autem (ad Mariam Dei vox eſt) amica per humilitatem, columba mea per charitatem, formoſa mea per caſtitatem; Tu contra Deum non tumuiſti, imò mente humili altiſſimo complacuiſti, & ecce amica es: Tu ſerpenti aurem non præbuiſti, imò inimicitias inter Te & ſerpentem ego poſui, & ecce columba es: Tu nuditatem libidinis non incurriſti, imò ſpiritus ſanctus obumbravit Tibi, & ecce formoſa es: Veni ergo *M*aria, veni, nam Eva ad latebras fugit; veni & crede Angelo evangelizanti: nam *E*va credidit ſerpenti ſuſurrranti: veni & contere caput ſerpentis: nam Eva & capite illecta, & ventre oblectata, & caudâ eſt obligata ſerpentis: *dd.* Exurge, virus hoc mor-

y. S. Fulgent. ſerm. de laud Mariæ.

z. S. Irenæus Mart. lib. 3. cap. 33.

aa. S. Bern. de laudib. B. V. M.

bb. S. Bern. hom. 2. ſuper Miſſus.

cc. Rupert. ſuper cantic. lib. 2.

dd. S. Bern.

Deprecat. ad B. V. M. fol. 271. circa finem.

mortiferum exinanitura, quod de pomi reliquiis Eva nobis propinavit; quando ſucci noxialis guſtu ebriata eſt, & reliquias dimiſit parvulis ſuis. Utinam poculum ſuum ebria illa totum ebibiſſet, non item in nos diffudiſſet! Exurge, *Veni, & ſuccurre miſeris, juva puſillanimes, refove flebiles, ſentiamus omnes Tuum juvamen, quicunque in hac lacrimarum valle ad Te clamamus. ee.* Clamamus O Domina, qui vulnera ſuſtinemus, plagas ſentimus, inimicis undique circumdamur, clamamus anguſtiati, miſeriis infinitis oppreſſi! clamamus cordis anxietate, doloris acerbitate, aut fortè erga Te amoris immenſitate. Quare obdormis Domina! ſurge, adjuva nos, clamamus etiam ut noſtram manifeſtemus neceſſitatem, quia clamare neceſſitas nos compellit, Quid nos amplius affligis? Si multùm tardaveris, vocem amittam clamando; & ad Te amplius vociferari nequibo! heu mihi tunc quid faciam? cùm nec exaudire me poteris, nec audire? citò, citò, Domina ſubvenias clamanti, ne in manibus deficiam inimici. Curre, feſtina Domina & Tuum inquiſiſſimum & infideliſſimum ſervum ad Te clamantem parcendo adjuva, & eripe de manu & periculis Tui hoſtis. Si aliud Te allicere Domina non deberet, niſi quia Tuus hoſtis audet nos Tuos ſervos invadere fraudulenter, deberes ad nos quàm citius feſtinare. Curre & libera nos Domina propter eorum ſuperbiam reprimendam. Curre, ne dicant: ubi eſt eorum Domina, de cujus clementia confidebant? Ne mireris Domina ſi clamamus, quia ſumus à Te nimiùm elongati. In regione longinqua diſſipavimus partem noſtram, & ideò ad Te clamamus exules. Exules à Patria, exules à viſione divina, & utinam non exules à gratia. Exules à conſolatione materna. O anima! cur non es potius à corpore ſeparata quàm à Tua Domina exul facta? heu mihi cur ſum in tam longum exilium relegatus? O Domina! dum hic ſumus exules, conſtituas nos,

ee. Medit. devotiſſ. S Bernard. tributa.

nos, nè hìc tanquam in patria confidentes, Te & Tuum filium quærere desistamus; sic tamen constituas exules in corpore, ut semper tecum simus cives in mente. Filij Evæ! verè filij Evæ superbi, præsumptuosi, ambitiosi, avari, gulosi & carnales, inobedientes, & breviter in omnibus ipsam Evam sequentes, proni sumus ad malum, difficiles verò ad bonum, & si contingat aliquem filium bonorum operum generare, cum quodam cordis dolore & tristitia parturimus. Sed malum cum lætitia perpetramus, nec nobis sufficiunt mala nostra, sed sicut ipsa Eva, ita & nos alios inclinamus ad malum, etiam sicut ipsa, ita & nos in defectibus excusamus, aut saltem si possumus in alios retorquemus. Plùs enim placet nobis in multo sudore & labore vilia acquirere, quàm Dominum gloriæ degustare, & ipsum levissimè, imò dulcissimè possidere. Nisi enim nos Domina adjuvisses, fortassis jam in Inferni profundissima venissemus. Nec est, quod nos valeat excusare, qui non Te, sed Evam in omnibus imitamur, ac per hoc ad Te Clamamus Exules Filij Evæ.

Ad Te suspiramus gementes, & flentes in hac lacrimarum valle.

S. BONAVENTURA. ut suprà.

Ad Te clamant jugiter Tui famulantes,
Et in Te fideliter omnes suspirantes;
Suspiramus fletibus nostris pro peccatis,
Et multis gemitibus per nos perpetratis.
Gementes recolimus mala retrò acta,
Quæ iniquè gessimus mente non coacta,
Sed in Te confidimus MARIA intacta
Ut à Te quæ petimus, sint in nobis facta.
In hac valle misera multùm tenebrosa,
Hominum sunt genera multùm fœdosa,
Nam eorum opera sunt contagiosa
Propter facta scelera, & opprobriosa.

ODE.

AUDite valles, exulis
Angustias dolentis!
Audite petræ, lugubres
Singultientis æstus!
Quem culpa Patris perdidit
Et interemit *UNUM*
MALUM, *MALORUM* pessimum.
Mortique mancipavit.

2.

Vectigal hoc est arboris
A patre prostitutæ,
Hæc est gulæ vindemia
QVERI, *DOLERE*, *FLERE*,
Hoc triste patrimonium,
Censúsque filiorum,
GEMENTIUM, *DOLENTIUM*
PLORANTIUMQVE pœnã.

3.

Gen. 8. Extorris erro Patriâ
Damnatus ad castatam;
Inter vepreta vallium
Rubósque, carduósque,
Occulta mortis vincula,
Hostésque fraudulentos,
Cûi liberale concinam
In nostra damna carmen;

4.

Non est libido barbyton,
Aut personare buxum,
Cùm pectus à singultibus
Et questibus tremiscit.
Quæ dextra tergit lumina,
Negat ferire chordas,
Et uda labra lacrimis
Festum ciere cantum.

5.

Ad nostra nil discrimina
Plantúsque lacrimásque
Amphiones, nec Orphei,
Nec læta plectra lini,
Nec sistra Phæbi conferunt
Dum tempus est gemendi,
Risus nihil Democriti,
Sed fletus Heracliti.

6.

Infamis odas Exulis
Lætas recusat angor,
In Orbe nescit extero,
Nec fert sonare plectra.
Nec apta tellus cantibus
Est ista, nec Camænis,
Cùm mæsta fractas nænia,
Lessúsque pulsat aures.

7.

Vigil suis obtutibus
Stat fixa mens malorum,
Et triste grandis Exilj
Cor strangulantis horror,
Imago primæ pectori
Felicitatis hæret,
Et devorati Numinis
Scientiæque pomum.

8.

Suos gemebat Israël Exod. 1.
Captivus inter hostes,
Tergum gravatus vinculis Exod. 5.
Et saucius flagellis,
Cæmenti onustus pondere, Exod. 8.
Paleis, lutóque pressus,
Cantare jussus cantica, Psalm. 136.
Cui fletus ora clausit.

9.

Quid Sanniones Mempheos Ibidem.
(Inquit) Sionis odas?
Quid imperatis organa,
Quid verba cantionum?
Quem dura stringit servitus,
Compésque mancipavit,
Ab hoc Canope carminis
Nil mollis impetrabis.

10.

Babylonis inter flumina Ibidem.
Crepidinémque Nili
Sedere fecit orbitas,
Et dura sors tributi.

Il-

Illinc memor Sioniæ
Mens Urbis æstuabat,
Inambulare Pergama,
Et involare turres.

11.

O si videre pulverem
Tuum Sion liceret!
Fumósque terræ patrios
Riguíque fontis undam,
Nil servitus, nil vincula,
Nil flagra, nil labores
Nil mortis atrocissimæ
Percellerent agones.

12.

Anhelus iste, nauseas
Quot, ardor, excitavit?
Quot vota? quot suspiria
Quot tela cordis arcu
Emissa plena luctibus?
Quot stagna lacrimarum?
Immixta Nili fluctibus
Præter fluentis undæ?

13.

Festum melos, suspiria,
Lamenta crebra, cantus;
Pæana sunt ludibria
Interminata victis;
Suspensa ramis organa
Salicúmque, plectra, truncis,
Mœstos jubent mutescere,
Et imperare luctus.

14.

Ruina Samson hostium, Judic. 14.
Et Hercules Apella,
Gigantibus par robore,
Gradivus Israëlis,
Ibidem. Certare doctus cum feris,
Ursis, Leonibúsque,
Judic. 15. Claváque fortis osseâ
Viros ferire mille.

15.

Judic. 16. Frontis gemebat perfidas
Eluminatus umbras,
Suósque serò depilis
Fastidiens amores,
Jussus Philistin psallere
Qui flere maluisset,
Ni vena lacrimabilis
Exaruisset undæ.

16.

Cum parricidam filium 2. Reg 18.
Patri David rebellem,
Nexu comarum pensilem
Quercúque palpitantem,
Tribúsque fixum lanceis
Vixisse comperisset,
Heu! corde quæ suspiria,
Quos edidit dolores?

17. Ibidem.

Gemebat heu! ah Absalon!
Ah Absolon! gemebat;
Ah Absolon! quis me mori
Quis interire pro te?
Ah Absolon! sanguis meus
Heu! Spes Patris peristi?
Si non datur pro te mori,
Quis det perire tecum?

18.

Quantis suum suspiriis Gen. 37.
Luxit Jacob Josephum?
Cruore tinctam filii
Cùm cerneret lacernam?
Ah fera Josephum pessima,
(Geminabat, & gemebat)
Joseph peremit bestia
Crudelis, & voravit.

19.

Quid restat ultrà vivere
Cùm nostra vita vixit?
Deducet hæc ad inferos
Canos meos ruina,
Hoc perdito sunt perdita
Quæcunque me beare
Felicitas, aut Sors potest
Mihi prorogare vitam.

 20. Fe-

20.
Felix quot infelicitas
Ibidem. Josephe somniator,
Fletus, preces, suspiria
Excivit innocenti?
Quantùm tremebas proximo
Jugulandus ense fratrum?
Vetúsque cum te clauderet
Cisterna deprecantem?

21.
Ibidem. Tremebat innocentia
Ab Ismaële vincta,
In servitutem vendita
Argenteis viginti,
Jugóque deîn Ægyptio
Afflicta, vinculisque
Cum Tulliano Putiphar
Eunuchus hanc teneret.

22.
Genes. 39. Chalybe ligatus nexili,
Vinctus pedes catenâ,
Adulter insons plectitur,
Damnatus ad securim,
Psalm. 104. Pudica conscientia
Sentit, gemitque ferrum
Animam doloris transiens,
Tyrannidémque Læna

23.
Tuos quis Anna turbines
Quis explicet procellas?
Quis vellicantes pectoris
Curásque, tineásque?
Tobiæ. 5. Lamenta quis, Ragesium
Cùm missus est Tobias,
Ut æs, dedit quod mutuum
Referret à Gabelo?

24.
Quantis domus tumultibus
quot planctibus sonabat?
Cur Nate te dimisimus
Spem stirpis & senectæ?
Nostri levamen ponderis,
Manuûmque scipionem,
Basim ruinæ, & ultimam
Prosapiæ columnam?

25.
O si talenta nuspiam
Numerâsset ulla campsor!
Nam præstitisset hæc mihi
Nec esse visa Patri,
Dilecte quàm te perdere,
Et interire Nate,
Propago nostri sanguinis,
Domúsque firmitudo!

26.
Victoriosus prælio Judic. 11.
Redux ab hoste Iephte,
Plenus triumphis, patrios
Reversus ad penates,
Ut glorioso Iephtias
Primam daret salutem,
Prima obviavit Psaltria
Ex Urbe Nata Patri.

27.
Prima: ah fuisset ultima
Penitúsque visa nulli!
Aspectus instar fulminis
Hic terruit parentem,
Et quæ secundos credidit
Latura Virgo plausus,
Ignara cecinit funeris
Sibi victimanda lessum.

28.
Inter Camænas Virginum
Chorósque, Psaltriásque,
Lætásque tympanistrias
Pæana concinentes,
Pallere Iephte, lacrimis
Undantibus per ora,
Geménsque cordis intimum
Sui loqui dolorem!

29.
Eheu! quid ausa filia?
Me, téque sæva perdis!
Deceptus ego, decepta tu!
Voti reum parentem

In-

Infausta cogis filia
  Crudelis ut sit in te,
Cadásque cultro victima,
  Deo immolanda, Patris!

30.

Cur Exteros Dux prælio
  Victoriosus hostes
Stravi? peremi? proprio
  Victoriæ litare
Si cogor, eheu! sanguine
  Meus mihimet hostis?
Heu! præstitisset millies,
  quàm sic perire, vinci!

31.

Dixit: nec ultra perditum
  Tulit procella fari:
A versus à Sodalibus
  Et Virginum coronâ
Vultum; parens, ah filia!
  Mæstùm gemebat, ah te
Inauspicatam filiam
  Patrémque luctuosum!

32.

Iam nemo lætum plaudere,
  Chelyn sonare nemo,
Chori silere Virginum,
  Lugere signa belli,
Trophæa syndon induit,
  Funesta, cassidésque
Cristis & auro splendidas
  Atrâ galerus umbrâ.

33.

O pompa lamentabilis
  Fastúmque luctuosum!
Larix, olivam funerat,
  Cupressus atra laurum,
Taxus coronis nectitur,
  Tristísque tæda palmis,
Chorus abit in funalia.
  Triumphus in sepulcrum.

34.

Sic gloriosus filiam
  Luget, gemit, dolétque
DUX virginalis victimæ
  BELLI, PATER, SACERDOS,
Sic montibus, sic vallibus
  Vagata Virgo flevit
Integritatis candidum
  Intaminata florem.

35.

Quis exprimat tristissimæ Matth. 2.
  Rachelis ejulatus?
Quis impotentis syncopes
  Animíque viriúmque?
Suos videret liberos
  Cum morte concidisse,
Suæque vitæ maximam
  Periisse portionem?

36.

Petita quæstu sidera,
  Domus repleta fletu,
Instar furentis Mænadis
  Æstu, soluta crinem
Concita; frustra pignora
  Amissa clamitare,
Nec lacrimis mitescere,
  Solatiísque flecti.

37.

Hæc luminum canalibus
  Quæ fluxit unda plenis,
Laxísque ceu siphonibus
  E fonte palpebrarum,
Citis pares torrentibus
  Ferociunt, ruúntque
Lapsæ per ora lacrimæ,
  Et excitant tumultus.

38.

Sed cùm furentis alvei
  Diffusus imber agris
Se liberavit impetu,
  Suúmque fregit amnem,
Brevis quieta marginis
  Vix lympha lambit herbas,
Tandémque tota perditur
  Arétque ripa rivo.

39. Sic

39.
Sic prima tempeſtatibus
Cùm ſe Doloris ira
Exaſperat, depaſcitur
Rationis omne germen,
Vaſtátque præceps omnia
Ruens in ima luctus.
Nec ſe teneri ſuſtinet
Suo fremens furore.

40.
Procella cùm deferbuit,
Seſéque fregit ardor,
Et quæ priùs caligine,
Et cæca mens tenebris
Inhorruit, malacia
Eſt reſtituta cordi.
Evanuítque lacrima
Luctus, dolor, querelæ;

41.
Disparuêre nubila,
Imago triſtis umbræ,
Poſt fulgura, & tonitrua,
Imbrésque, grandinésque,
Serenior ſe nubibus
Evolvit, & reluxit
Sol puriore lumine
BONUM DIEMQVE dixit.

42.
Ploratus hic ephemerus,
Et planctus eſt dialis,
Oriente ſole nubilus,
Serenus occidente,
Sed heu! perennes lacrimæ
Cor ſtrangulante luctu,
Totis fatigant noctibus.
Premúntque nos diebus.

43.
Hic meta nulla fletibus
Stat fixa, nec querelis,
Nunquam remittit dextera,
Nec ſpongiam ſiniſtra
Quæ mæſta tergat lumina,
Et exprimat liquorem,
Rurſúmque crebris impleat,
Stillante rore, guttis.

44.
Hæc ſunt dolorum balnea
Baiæ, lacúsque câldi,
Valles inundant lacrimis,
In lacrimis natamus,
Hi nos flagellant turbines,
Jactamur his procellis,
Hæc navigamus æquora,
His naufragamus undis.

45.
Colles tument in ardua,
Valles hiant in ima,
Prærupta pendent montium,
Sciſſísque ſaxa petris,
Ululæ cavernis abditæ,
Et Noctuæ Choraules,
Bubóque, noſtris adſonant,
Et adgemunt querelis.

46.
Hâc hoſpitamur Regiâ
Anguſtiamur aulâ,
Hâc Gaſtrimargi plectimur,
IN VALLE LACRIMARUM,
Sub mole plorat imbrium,
Niviúmque preſſa Vallis:
Nos mole preſſi criminum,
Et flemus & dolemus.

47.
Valles, cloacas montium,
Cecinit Poëta nuper: Jac. Balde S. J. de Vanit. Mundi ſtroph. 5. in ſeq.
In his cloacis volvimur,
Ut merſa porca cæno:
Suas lacunas Idalis
Libidinoſa ſpumat,
Fædâ putres uligine,
Et ſordidas mephyti.

48.
Suâ natans axungiâ,
Et defluente lardo,
Ventris liquato ſumine,
Et viſcerum ſaburrâ,

In-

Intérque Liber ebrias
Verres volutus orcas,
Et nauseantes bellua
Stertit sepulta ructus.

49.

Et adhuc Merones Caldii,
Et Porcii gulones;
Et prostitutæ Cypridis
Phrynésque, Thaidésque,
Gaudent suis se sordibus
Et innatare cæno,
Suásque credunt, cinnamum,
Et balsamum cloacas.

50.

Quin festa ludunt orgia,
Job. 21. Cytharam, chelynque pulsant,
Cantant, tenéntq; tympanum,
Sistrum, lyrámque Cypri,
Ducunt choreas Bassaræ
Fauno rotante thyrsum:
Ad signa gaudent organi
Iocantibus cinædis.

51.

O stulta mens mortalium,
Cæcæque mentis umbræ;
Pulsante Fato januam
Forísque præstolante;
Hiante Terrâ; Tænaro
Immugiente prædæ;
Ridetur inter lacrimas,
Saltatur in ruinis.

52.

Ignara nescit gutturi
Suo imminere ferrum.
Et se macello proximam
Stygi brevi dicandam.
Nos interim ploratibus
Et lacrimis mademus,
Flentes, gementes, exules,
Meliora præstolantes.

53.

Hæc destinata luctibus,
Doloribúsque *VALLIS*,
Nulli locum choragio
Nec explicat chorauli,
Ex hac *vocamus Exules,*
Clamamus & rogamus.
Maria Mater Exulum
Esto memor Tuorum.

54.

Maria ab alto Collium
Æternitatis, audi
Tuo favore supplices,
In hac tuere *VALLE*,
Salso natantes gurgite,
Maríque lacrimarum,
Ut Exules in Patriam,
E vallibus migremus.

Paraphrasis,

ut suprà.

INclina *a* Domina aurem Tuam, & exaudi nos! converte vultum Tuum, & miserere nostri. Domina *b.* auxiliatrix salutis nostræ: in die clamavimus, & nocte co-

a. S. Bonav. in Psalt. B.V. M. Psalm. 85. *b* Idem. Psal. 87.

coram Te. Ingrediatur oratio, in conspectu Tuo, consolare cum facie Tua mæstitiam nostram. Ecce enim ad Te suspiramus gementes & flentes in hac lacrimarum valle, *in qua* sunt dies *c.* mali quos agimus in corruptela hujus carnis, inter tantas difficultates, ubi falsa voluptas, nulla gaudii securitas, timor torquens, cupiditas avida, tristitia arida, ubi diu vivere, est diu torqueri. Tædet igitur, ah, tædet *d.* valde vitæ hujus, & istius ærumnosæ peregrinationis. Vita hæc, vita misera, vita caduca, vita incerta, vita laboriosa, vita immunda, vita domina malorum, regina superborum, plena miseriis & erroribus, quæ non est vita dicenda, sed mors, in quâ momentis singulis morimur, per varios mutabilitatis defectus, diversis generibus mortium. Nunquid ergo quod vivimus in hoc mundo, dicere possumus vitam? quam humores tumidant, dolores extenuant, & ardores exsiccant, äer morbidat, escæ inflant, jejunia macerant, joci dissolvunt, tristitiæ consumunt, solicitudo coarctat, securitas hebetat, divitiæ inflant, & jactant, paupertas dejicit, juventus extollit, senectus incurvat, infirmitas frangit, mœror deprimit. Unde *e.* grave jugum super omnes & totos filios Adam, idque à die exitûs de ventre matris eorum, usque in diem sepulturæ in matrem omnium. In sordibus generamur, in tenebris confovemur, in doloribus parturimur. Ante exitum miseras oneramus matres, in exitu more vipereo laceramus, mirùm quòd non ipsi pariter laceramur. Primam vocem plorationis edimus, meritò quidem, utpote VALLEM PLORATIONIS ingressi, ut nobis illud Sancti Job ex omni parte possit aptari: Homo natus de muliere (Job. 14.) brevi vivens tempore, repletur multis miseriis. Quàm verum verbum hoc sit, non nos verba docuêre, sed verbera. Homo, inquit, natus de muliere: nihil abjectius: Et ne fortè ex ipsa sibi voluptate corporeorum sensuum, quam de sensibi-

c. S. August. serm. 17. de verb. Dom. circa med. tom. 10. Et S. Bonav. tom. 6. Pharet. Am. lib. 3 cap. 46. fol. 173.

d. S. August. medit. cap. 21.

e. S. Bernard. serm. in Feriam 4. hebdom. pœnos. fol. 141.

ſibilibus hauriat, blandiatur, in ipſo ſtatim introitu, de exitu quoque terribiliter admonetur, cùm dicitur, brevi vivens tempore. Ac ne ſpatiolum illud quod inter ingreſſum & egreſſum relinquitur, ſibi liberum putet, repletur, ait, multis miſeriis. Multis & multiplicibus, inquam, miſeriis corporis, miſeriis cordis, miſeriis cùm dormit, miſeriis cùm vigilat, miſeriis quaquaverſum ſe vertat. Homo *f.* nudus & pauper, & miſer & miſerabilis, homo dolens quòd homo ſit, erubeſcens quòd nudus ſit, plorans quòd natus ſit, murmurans quòd ſit. Homo natus ad laborem non ad honorem. Homo natus de muliere, & ob hoc cum reatu: brevi vivens tempore, ideóque cum metu, repletus multis miſeriis, & propterea cum fletu. Et verè multis, quia corporis & animæ ſimul. Quid enim calamitate vacat naſcenti in peccato, fragili corpore & mente ſterili. Verè ergo repletus, cui infirmitas corporis, & fatuitas cordis cumulatur traduce ſordis, mortis addictione. Et *g.* in his malis omnibus mors furibunda ſuccedit, ſimúlque cunctis gaudiis iſtius miſeræ vitæ, ita finem imponit, ut quum eſſe deſierit, non fuiſſe putetur. Mors iſta vitalis, & vita mortalis, licet his, aliiſque ſit reſperſa amaritudinibus; pro dolor! quàm plurimos ſuis capit illecebris, & quàm multos ſuis falſis promiſſionibus decipit. Et cùm ita per ſe ſit falſa, & amara, ut etiam ſuos cæcos amatores latere non valeat, cur *h.* ergo tantopere vitam iſtam deſideramus, in qua quantò amplius vivimus, tantò plus peccamus: quantò enim vita eſt longior, tantò culpa numeroſior. Quotidie námque creſcunt mala, & ſubtrahuntur bona, aſſiduè variatur homo per proſpera & adverſa, & ignorat quando moriatur? Sicut enim in cælo ſtella coruſcans currit velociter, & repentè deficit; vel ſicut ſcintilla ignis ſubitò exſtinguitur, & in cinerem redigitur, ſic citò finitam datur iſtam cernere vitam. Dum enim libenter ac jucun-

f. S. Bernard. de conſid. lib. 3. cap. 9. fol. 873.

g. S. Auguſt. medit. cap. 21.

h. S. Bernar. medit. cap. 2.

dissimè moratur homo in mundo isto, diúque se victurum arbitratur, ac multa, in longa tempora disponit agenda, subitò rapitur in mortem, & ex improviso anima aufertur à corpore. Veruntamen cum magno metu, magnisque doloribus anima separatur à corpore. Veniunt enim Angeli assumere illam, ut perducant eam ante tribunal judicis metuendi; & tunc illa memorans opera sua mala & pessima, quæ die, noctéque gessit, contremiscit, & quærit illa fugere, induciásque petere, dicens: date mihi vel unius horæ spacium: tunc quasi loquentia simul ejus opera respondebunt, & dicent: tu nos fecisti, opera tua sumus, non te deseremus, sed semper tecum erimus, tecum pergemus ad judicium. Vitia quoque multis & multiplicibus criminibus eam accusabunt, multáque falsa testimonia adversus eam invenient, quanquam unum ad damnationem ejus posset sufficere. Dæmones verò terribili vultu, & horribili aspectu eam terrebunt, ingenti furore eam persequentur, & comprehendent eam tam terribiliter quàm horribiliter, volentes eam retinere & possidere, nisi sit qui eripiat. Tunc anima inveniens oculos clausos, & os, aliósque corporis sensus, per quos solebat egredi & delectari in his exterioribus, revertetur ad se; & videns se solam & nudam, ingenti horrore concussa, desperatione deficiet in se, & cadet sub se. Et quia amore mundi & carnis voluptate Dei amorem reliquerat, derelinquetur à Deo misera in hora tantæ necessitatis, atque Dæmonibus tradetur in inferno crucianda. Sic anima peccatoris in die, quo ignorat, & horâ quâ nescit, rapitur à morte, & segregatur à corpore, pergítque miseriis plena, tremens ac dolens, & cùm nullam excusationem habeat, quam pro peccatis suis possit ostendere, contabescit, & pertimescit ante Deum apparere, ingenti horrore concutitur, & multiplicibus cogitationum æstibus agitatur, urgente solutione carnis, & subductis è medio omni-

omnibus, ſe, & illum terminum conſiderat, cui appropinquat, & poſt paululum in hoc invenit, quod in perpetuum mutari non poterit. Conſiderat enim quàm diſtrictus veniat æternus judex, & ante ſeveritatem tantæ juſtitiæ, quas rationes vitæ ſuæ ponat. In talibus *i.* igitur ſuſpiriis, gemitu ac fletu, ac convalle lacrimarum ad Te clamamus exules filij Evæ, Domina rerum, ſancta ſanctorum, virtus noſtra & refugium, decus Mundi, gloria cæli, præelecta ut ſol, pulcra ut luna, lunaris fulgor, agnoſce omnes Te diligentes. Revertere *k.* viſitans in nobis naturam tuam, revertere oſtendendo eam, quam in Chriſticolas habes charitatem Tuam. Revertere per ſingularem in nos à Deo datam poteſtatem Tuam. Revertere per eam quæ Tibi ſpecialiter infuſa eſt in plenitudine gratiæ prærogativam Tuam, ut intueamur Te, non talem, qualem deſiderant Angeli proſpicere, dicentes; tota pulcra es amica mea, & macula non eſt in Te; ſed intueamur Te largientem beneficia, conferentem remedia, medentem contritis corde, ponentem fortitudinem lugentibus Sion, dantem coronam pro cinere, oleum pro luctu, pallium laudis pro ſpiritu mœroris. Ad *l.* Te ſuſpiramus de tam bonæ Matris abſentia, venire ad Te Domina cupientes; ſuſpiramus ad Te Tuum Filium affectantes: Suſpiramus ad Te tanquam parvuli ad Tua ubera anhelantes; ſuſpiramus ad Te deſiderio Tui; ſuſpiramus & amore noſtro: nullus enim niſi Tuus amor, quo erga Te ſumus Domina inebriati intrinſecus, cogit nos ad Te Domina ſuſpirare. Quis enim non Te diligit Reparatricem omnium, amoris caminum, pulcriorem ſole, dulciorem melle, bonitatis theſaurum, honeſtatis ſpeculum, omnis ſanctitatis exemplum? omnibus es amabilis, omnibus es affabilis, omnibus delectabilis: Sedes es Sapientiæ, fluvius clementiæ, radius Deitatis, nec eſt qui ſe abſcondat

i. S. Bernard. ſerm. 3. ſuper Salve Reg.

k. Idem. ſerm. 2. ibid.

l. S. Bonav. ſtim. Amor. tom. 7. part. 3 medit. ſup. Salve Reg. fol. 232.

à calore Tuo. Quis ergo ad Te non suspirabit ? Amore etiam suspiramus & dolore ; undique namque nos angustiæ premunt. Quomodo ergo nunc non suspiramus ad Te, quæ solatium es miserorum , refugium expulsorum, liberatio captivorum, medicina infirmorum , mater parvulorum, sponsa adultorum , regina bellatorum, Domina universorum, & etiam inimicorum, nec est quiTuæ voluntati valeat obviare. Sic afflicti , sic miseri ad Te talem Dominam suspiramus gementes & flentes in hac lacrimarum valle. Tu Domina nonne vides, quomodo & qualiter sumus amaritudine pleni ? intus sumus gementes, exterius flentes in loco lacrimoso jacentes,. Onerati peccatis gemimus, aggravati molestiis flemus, abundantes miseriis in valle lacrimarum sumus. Gemimus sauciati, flemus spoliati , in valle lacrimarum sumus Tuum auxilium implorantes. Hæc est certè vallis lacrimarum, ad quam omnia lacrimabilia fluunt , gemebunda decurrunt, flebilia ruunt. Ad hanc vallem fluxerunt dæmones infernorum, peccatum Protoplastorum, miseriæ antiquorum. Quid autem amplius dicam ? non sufficio, nec scio hujus vallis detestabilia enarrare.

Eia ergo Advocata nostra.

S. BONAVENTURA. ut suprà.

Eia ergo dignè ad Te nostras mentes
Atque lapsus erige : conforta trementes,
Et errantes corrige Te piè quærentes,
Miseros nos dirige in Te confidentes.
Advocata libera coràm Salvatore :
Postulare propera consuetóque more ,
Et pro gente misera , benigno favore,
Natum Tuum mitiga materno amore.
Nostra spes fidelium semper fuit talis ,
Est, & erit, omnium Mater Virginalis,
Ut nobis præsidium Civitas regalis,
Sit, atque remedium pulsis procul malis.

ODE.

ODE.

Cùm tota Phæbe fulgurat,
Et plena fratre turget,
Tunc *TOTA PULCRA* dicitur,
Sed *PULCRIOR MARIA*;
Est illa stellis comptior,
Sed *COMPTIOR MARIA*,
Serenior, formosior
Ornatior *MARIA*.

2.

Suum minora Regium
Venerantur Astra Sidus:
Plantis MARIÆ supplices
Curvant genu Planetæ.
Cælum ministrat Virgini,
Sub calce servit Orbis,
Creata parent omnia
Cùm jusserit MARIA.

3.

A sole splendent sidera,
Peccator à MARIA:
Dispergit ille lumina,
Sed gratias MARIA:
Sol ortus ægris gaudia,
Dat Virgo sanitatem:
Is arcet umbras noctium,
Sed mentium MARIA.

4.

Sol aureo cùm pectine
Comit jubas Leonis,
Arctoa cessant frigora,
Septem-calent-triones,
Cùm lux MARIÆ fulserit,
JUDÆ LEONE plena,
Hiems, pruina, nix, gelu,
Toto exulabit Orbe.

5.

Thronus Maria Numinis,
Olympus est Maria.
Fons Cynthij, fons Cynthiæ
Fons lucis est MARIA.
Hanc nulla vultûs syncope
Mutabilis fatigat,

Cyrillus Hierosol. serm. de B. V. M.
S. Bonav. spec. B.V.M. lect. 14.
S. Gregor Neoc. Serm. 1. de Annunc.

Nec umbra formæ mobilis,
Nec menstrui recessus.

6.

Fons es, tot uber gratiis,
Quot æquor omne guttis,
Per Te replentur Cælitûm
(Beata templa) sedes,
Per Te profundus Inferi
Est carcer exsolutus,
Per Te rebellis Alitûm
Est integrata sedes.

S. Bernard. serm. 4. sup. Missus.
S. Anselmus. in medit. orat. devot. ad B. V. M.

7.

Per Te Salus deperdita,
Vitæque Mors revixit,
Per Te suum captivitas
Litrum Redemptionis,
Per Te medelam langvidus
Curationis Æger,
Per Te tulit solatium
Mærens, geménsque luctus.

S. Bern. serm 3. de Visit.
Ibidem.

8.

Et Tu reorum nomina,
Causásque Virgo tractas,
Et ad tribunal judicis
Stas *Advocata Tutrix*.
Non *JURIS ullo CODICE*,
Paragraphíque textu,
Sed usa Matris nomine,
Clientulos tueris.

9.

Instructa litigantium
Stat hostium caterva,
Armata *SEPTEM TESTIBUS*
Astu, dolóque plenis,
Ab his citantur *JURIUM*
Librique paginæque,
Et indices, & margines
Leges, Notæ, Novellæ.

l. 2. codic. de testam.

10.

Mensis, Dies, & hebdomas,
Horæ, quadrans, minuta,
In quæstionis copiam,
Causæque Criminalis,

Evi-

Evictionem prodeunt,
Et Aggravans tabellas,
Actore Carne, Dæmone,
Mundóque jus tuente.

11.

His callidis *ACTORIBUS*,
Et *JURIUM PERITIS*,
SEPTEM CITANTUR (criminum
Corrupta turba) *TESTES*.
Fallaciis, perjuriis
In me furit, ruitque,
Omnésque vires exerit
TRIUMPHIRATUS Orci.

Septem vitia Capitalia.

12.

Ad judicis strictissimum
Hinc provocor tribunal,
Audire vel sententiam,
Vel eliquare causam,
Jussúsque vitæ pondera
Nocentis, innocentis
Ad æquilibris lingulæ
Examinare lances.

13.

Ferox Averni flagrio
Damnationis urget
Prætoriæ sententiam,
Et vindicat flagellis,
Et ferro, & igne, & angvibus
Ultricibus Megæram,
Omnésque manes Inferi
In me vibrare pœnas.

14.

Non me latet deformitas,
Et turpitudo culpæ;
Sum destitutus aureo
Virtutis apparatu,
Omníque gaza præmii,
Opibúsque, censibúsque
Domi meæ non inscius,
Quàm curta sit supellex.

15.

Timor, tremórque Judici
Me nunciant nocentem,
Mutúsque pallor arguit,
Et exprobrat reatum.
Judex inexorabilis
Nulla movetur arte,
Nec ære, planctu, lacrimis,
Nec supplicis rogatu.

16.

Stricto minatur brachio
Trux evibrare fulmen,
Sontémque justus triplici
Reum ferire flammâ;
Iam glutiendus Tænari
Cerno tremens hiatum,
Et æviternos carceris
Torres futurus, ignes.

17.

At Tu ruentem sustines,
Tegísque fulminandum,
Forúmque pro me suscipis,
Causamque Præs tueris;
Tu Vas Maria subvenis,
Litémque Diva tollis,
Intérque ponis supplicem,
Pro me nocente dextram,

18.

A me repellis hostium
Liventium catervam,
Omnésque litigantium
Astus tenebrionum,
Vultum severum Iudicis
Clementiâ serenas,
Mortísque pro sententiâ
Vitæ impetras olivam.

19.

Tu protulisti *publicam*
Parens Virago *Vitam*,
Suóque Mundum funere
Mersum resuscitâsti,
Tu VITA VITÆ, *Tu SALUS*
Salutis es MARIA:
Quòd vivimus, Te vivimus
Impertiente *vitam*.

20. Ti-

20.
Tibi hactenus qui viximus,
Vivemus & deinceps,
Matri Mariæ gratiæ,
Clementiæque sedi,
Sol, Luna, stellæ, sidera,
Cælo priùs migrabunt,
Suos & orbes deserent,
quàm deseram MARIAM.

21.
Me plectat ensis barbarus,
Non deseram MARIAM,
Tauro Berillus sæviat,
Non deseram MARIAM:
Scyronis undis hauriar,
Non deseram MARIAM:
Furat Procustes cædibus,
Non deseram MARIAM.

22.
Arment Tyranni taureas,
Et uncinis flagella,
Sartagines ebulliant
Et sulphure & resinâ,
Ollæ metallis æstuent,
Liquidóque ahena plumbo,
Fornax Idumes ardeat,
Non deseram MARIAM,

23.
Scinea me vis arboris
In mille frusta rumpat,
Mucro latronis hauriat,
Hoc pectus, has medullas,
Orci furant insaniâ
Et Attilæ, & Nerones,
Avidæ cruoris bestiæ,
Non deseram MARIAM.

24.
Tormenta mille me petant,
Mors ipsa tendat arcum,
Avernus omnis infremat,
Pœnas, necésque cudat,
Solvatur Orbis machina,
In me cadant ruinæ,
Faustis ruinis obrutus,
Non deseram MARIAM.

25.
Perire præstat millies,
Mortes subire mille,
Raucis Maleæ faucibus
Hiatibúsque mergi,
Cessisse prædam Virginis
Trinacriæ molossis,
Aut fluctibus Sicaniæ
Navifragum Charybdis.

26.
Lernæa colla septies
Me glutiant colubri,
Fiam leonum pabulum,
Aut Tigridum sagina,
Priùs Draconum commolar
Famentium palato,
Rupto infidelis fædere
Quàm deseram MARIAM

27.
Trisulca fulminantium
Me nubium sagitta,
Me rupta sub vestigiis
Dehiscat ima tellus,
Quàm Phæbe me conspexeris
Divæ meæ rebellem,
Quàm Luna me damnaveris
Fædifragum MARIÆ.

28.
Hæc una demit criminum
Tutrix reis catenam:
Hæc nube velat gratiæ,
Et protegit nocentes,
Hæc placat iram Numinis,
Manúmque fulminantis,
Hæc est futuræ publicum
Compendium salutis.

29.
Hanc qui protervus deserit,
Hunc deserit MARIA,
Hanc nullus invocaverit,
Quin senserit Patronam,

N Hanc

Hanc, quam Senatus Cælitûm
Dei colit Parentem,
Et nos deinceps servuli
Amabimus MARIAM.

30.

Amabimus: quis non amet
Cæli favore plenam?
Amabimus: quis non amet
Salutis Architectam?
Magni Parentis Filiam:
Et Filij Parentem,
Sacríque sponsam Flaminis,
Thronúmque Trinitatis?

31.

S. Anselm. in medit. orat. devotiss. ad B. V. M. & S. Bernard. in sermonib.

Quicunque Te non diligit,
Non diligetur à Te.
Quicumque Te despexerit,
Despectus est & à Te.
Te quisquis invocaverit,
Hunc invocata servas,
Conversus ad Te salvus est,
Aversus interibit.

32.

Ergo suprema Iudicis
Cûm me citârit hora,
Et Mors reum vocaverit
Prætoris ad tribunal.
Tunc *ADVOCATA* servuli
Mater Tui memento.
Damnationis literâ
Ne scribar inter hostes.

33.

S. Basilius Selevc. antistes.

Tunc Virgo summa respice
E Regia trementem,
Et præstolantem Numinis
Vel gratias, vel iras.
Tuere, dextrâm porrige,
Terráque sublevatum,
Ad dexteram me Filij
Fac siste mitigati.

Paraphrasis.

ut suprà.

a. S. Bonav. in Psalt B. V. M. Psal. 45.

b. S. Cyrill. Alexandr. homil. contra Nestor.

O *a.* Domina refugium nostrum, Tu es in omni necessitate nostra, & virtus potentior conterens inimicum. Beneficiis Tuis plenus est Mundus; superant cælestia, penetrant & inferna. Plenitudine gratiæ Tuæ, quæ in Inferno erant, se lætantur liberata. Per te *b.* Trinitas sanctificatur: per Te crux pretiosa celebratur, & adoratur in toto Orbe Terrarum: per Te exultat cælum, lætantur Angeli & Archangeli, fugantur Dæmones, & homo ipse ad cælum revocatur; per te omnis creatura, Idolorum errore detenta, conversa est ad agnitionem Veritatis, & fideles homines ad sanctum Baptisma pervenerunt, atque in toto Terrarum Orbe constructæ sunt Ecclesiae-

eleſiæ. Per *c*. Te O ſancta Virgo medius obſtructionis paries inimitias diſſolvit; per Te pax cæleſtis donata eſt Mundo; per Te homines facti ſunt Angeli; per Te homines appellati ſunt ſervi, amici, & filij Dei; per Te homines meruerunt eſſe conſervi Angelorum, & cum eis familiariter converſari; per Te mors conculcatur & ſpoliatur Infernus; per Te ceciderunt Idola, & excitata eſt notitia cæleſtis; per Te cognovimus Unigenitum Filium Dei, quem ſanctiſſima Virgo peperiſti Dominum noſtrum JESUM Chriſtum. Tu *d*. reductrix contrariorum ad idem, jus es dirimens lites, & conciliatio omnium erga Deum. O *e*. quanta Mundo contuliſti! O lampas luculentiſſima, quantos lætificâſti, quando ſplendore Dei illuſtrata, deſideratum illud lumen, quo inventa eſt drachma decima, ſedentibus in umbra mortis, protuliſti. Te nimirum ille Epithalamii præcentor à longè intuitus cum admirationis voce, ita prorupit: quæ eſt iſta quæ progreditur, velut Aurora conſurgens, pulcra ut luna, electa ut ſol, terribilis ut caſtrorum acies ordinata? ſicut Aurora valde rutilans in Mundo progreſſa es O Maria, quando veri ſolis ſplendorem tantæ ſanctitatis jubare præcurriſti, ut verè diem ſalutis dixerim propitiationis, diem quem fecit Dominus, quem charitati initiari dignum fuit. Felix Aurora felicis diei extitiſti nuncia. Talis dies, talem Auroram diei decuit: & rectè quidem Auroræ impleſti officium. Ipſe enim ſol juſtitiæ de Te proceſſurus, ortum ſuum, quadam matutina irradiatione præveniens, in Te lucis ſuæ radios copioſè transfudit, quibus poteſtates tenebrarum, quas Eva produxerat, in fugam converſti; atque ita deſideratum cunctis gentibus ſolem mundo invexiſti. Tu pulcra ut luna diceris, eíque non immeritò compararis; illa enim omnium Aſtrorum ſola ſoli ſimillima, comparatione, & candore venuſta argenteo cæteris in cælo præmicat ſideribus: Tu vero ſolis imago ex-

c. S. Epiphan. de Laud. Virgin.

d. Hymn. Græc.

e. S. Bernard. Deprec. ad B. V. M. fol. 268. lit. E.

expressissima, inter millia Astrorum Deo assistentium virginali puritate in cælo gloriosa præfulges. Illa enim transfuso in se solari lumine, noctem nostram illuminat: Tu Virtutum Tibi à Deo inditarum magnificis exemplis ad imitationem tui nos provocas, sicque noctem nostram illuminas. Qui enim vias Tuas consectatus fuerit, non ambulabit in tenebris, sed lumen vitæ inveniet. Tu ergo pulcra es ut luna: imò pulcrior lunâ, quia tota pulcra es & macula non est in Te, neque vicissitudinis obumbratio. Tu electa es ut Sol, ille inquam Sol solis conditor, ille enim electus est ex millibus Virorum, Tu electa es ex millibus fæminarum: ille electus ex omnibus quæ sunt, Tu electa ex omnibus quæ per illum sunt. Hæc *f.* nimirum est mulier amicta sole! nimirum ea est, quæ velut alterum solem induit sibi: quemadmodum enim ille super bonos & malos indifferenter oritur, sic ipsa quoque præterita non discutit merita, sed omnibus sese exorabilem, omnibus clementissimam præbet, omnium denique necessitates amplissimo quodam miseratur affectu. Nam & defectus omnis sub ea, & quidquid fragilitatis seu corruptionis, excellentissima quadam sublimitate præ cæteris omnibus excedit, & supergreditur creaturis, ut meritò sub pedibus ejus luna esse dicatur: alioquin nihil magnum dixisse videbitur, ut sit luna ista, sub pedibus ejus, quàm super omnes Angelorum choros, super Cherubim quoque & Seraphim exaltatam nefas est dubitare. Quia *g.* sicut sol universi cæli luminaria præcellit prærogativâ claritatis eximiæ, sic ipsa totam Rationalem Creaturam, post Filium præcellit splendore virtutis & scientiæ. Nam *h.* quod verum & Dei Filium genuit, ut idem ipse Dei atque hominis Filius, unus omnino Deus & homo prodiret ex MARIA, abyssus est luminis, nec facilè dixerim, quòd vel angelicus oculus ad hujus fulgoris vehementiam non caliget. Tolle *i.* corpus hoc so-

f. S Bernard. serm. super Apoc. 12. signū Magum.

g. S Bernard. serm. 1. super Salve Reg.

h S. Bern. serm. super signum Magnum Apoc. 12.

i. S. Bernard.

ſolare, quod illuminat mundum, ubi dies? tolle MARIAM, quid niſi caligo involvens, & umbra mortis ac denſiſſimæ tenebræ relinquuntur? Totis ergo medullis cordium, totis præcordiorum affectibus, & votis omnibus MARIAM hanc veneremur, quia ſic eſt voluntas ejus, qui totum nos habere voluit per MARIAM: hæc inquam voluntas ejus eſt, ſed pro nobis. In omnibus ſiquidem, & per omnia providens miſeris, trepidationem noſtram ſolatur, fidem excitat, ſpem roborat, diffidentiam abigit, erigit puſillanimitatem. Ad Patrem verebaris accedere, ſolo auditu territus, ad folia fugiebas: JESUM Tibi dedit Mediatorem: quid non apud talem Patrem Filius talis obtineat? exaudietur utique pro reverentia ſua: Pater enim diligit Filium. An verò trepidas & ad ipſum? Frater tuus eſt, & caro tua, tentatus per omnia absque peccato, ut miſericors fieret. Hunc Tibi Fratrem MARIA dedit. Sed forſitan & in ipſo Majeſtatem vereare divinam, quòd licet factus ſit homo, manſerit tamen Deus. Advocatum habere vis & ipſum? ad MARIAM recurre: pura ſiquidem humanitas in MARIA, non modò pura ab omni contaminatione, ſed & pura ſingularitate naturæ. Neque dubius dixerim, exaudietur & ipſa pro reverentia ſua. Exaudiet utique Matrem Filius, & exaudiet Filium Pater. Filioli, hæc peccatorum ſcala, hæc mea maxima fiducia eſt, hæc tota ratio ſpei meæ. quid enim? potéſtne Filius aut repellere, aut ſuſtinere repulſam? non audire, aut non audiri Filius poteſt? neutrum planè. Inveniſti (ait Angelus) gratiam apud Deum: feliciter: ſemper hæc inveniet gratiam, & ſola eſt gratia, quâ egemus: ſola eſt gratia, quâ ſalvamur. Quid nos alia concupiſcimus? quæramus gratiam, & per MARIAM quæramus: quia quod quærit invenit, & fruſtrari non poteſt. O *k.* MARIA obſecro Te per gratiam quâ ſe Deus eſſe tecum, & Te vo-

ſerm de Nativ. Mariæ. de Aquæductu.

k. S Anſelm. oration. devotiſſ. ad B. V. M.

voluit esse secum. Fac propter ipsam secundùm eandem ipsam gratiam, misericordiam Tuam mecum : fac ut amor Tui semper sit mecum : & cura mei semper sit tecum. Fac ut clamor necessitatis meæ, quàm diu ipsa persistit, sit tecum ; & respectus pietatis Tuæ, quàm diu ego subsisto, sit mecum : fac ut congratulatio beatitudinis Tuæ semper sit mecum, & passio miseriæ meæ, quantùm mihi expedit, sit tecum. Sicut enim O beatissima, omnis à Te aversus, & à Te despectus, necesse est ut intereat ; ita omnis ad Te conversus, & à Te respectus impossibile est ut pereat. Sicut enim, Domina, Deus genuit illum in quo omnia vivunt, sic O Tu flos Virginitatis genuisti eum per quem mortua revivunt. Et sicut Deus per Filium suum beatos Angelos à peccato servavit, ita Tu decus puritatis per Filium Tuum miseros homines ex peccato salvabis. Quemadmodum enim Dei Filius est beatitudo justorum, sic O Tu salus fæcunditatis, Filius Tuus est reconciliatio peccatorum : non enim est reconciliatio, nisi quam Tu casta concepisti : non est justificatio, nisi quam Tu integra in utero fovisti, non est Salus nisi quam Tu Virgo peperisti. Ergo Domina Mater es justificationis & justificatorum, Genitrix es reconciliationis, & reconciliatorum, Parens es salutis, & Salvatorum. O beata fiducia! O tutum refugium! Mater Dei est Mater nostra! Mater ejus in quo solo speramus, & quem solum timemus est Mater nostra, Mater inquam ejus qui solus salvat, solus damnat, est Mater nostra : quem *l*. solum timemus, in quo solo speramus; & simul etiam est Mater nostra, per ipsam judex & Salvator noster, est frater noster. Quomodo ergo desperemus, cùm salus, sive damnatio nostra ex tam boni fratris, & piæ Matris pendeat arbitrio? Nunquid sustinebit bonus frater puniri fratres suos quos redemit? bona Mater damnari filios suos, quorum ipsa Redemptorem genuit? Dulcis Ma-

l. S. Anselm. lib. 44. de virtut. B. V. M. c. 8.

Mater rogabit dulcem Filium suum , pium fratrem nostrum: Filium pro filiis, Unigenitum pro adoptivis. O *m.* laudabilis clementia Creatoris, quæ sic afflictis tam nobile, & laudabile subsidium dignatur elargiri! O certè Dei nostri mira benignitas, quæ suis reis Te Dominam tribuit Advocatam , ut à Filio Tuo inter nos & ipsum Iudicem constituta, quod volueris, pro nobis valeas impetrare! Nec enim dubium est, quod nostra culpa justè damnabat, quos conservat Tuæ ADVOCATIO pietatis. O mirabilis erga nos misericordia Dei nostri! qui ne aliàs fugeremus pro sententia, non solùm dignatus est communicare se nobis in judicem, ut esset Deus & Homo Jesus Christus, à quo debet sententia promulgari: sed & voluit ipse sua viscera misericordiæ , Matrem suam, Dominam gratiæ, nostram instituere ADVOCATAM. Et ideò non timendum est, quin miserearis miseris, & ad illam partem inclines sententiam, quam defendis, & nobis exhibeas gloriam, quam causaris. Scio benè quòd post sententiam non est appellatio ad majorem; quia & si judex sit homo Tuus Filius, est tamen & Deus Filius Dei Patris: non enim video Domina, quomodo aliquid Tibi valeat denegare, qui vult, ut per Te Cælestem Patriam habeamus. Hoc est enim quod cupit Deus noster, hoc est quod desiderat, hoc est pro quo Te Matrem constituit Advocatam. Non ergo restat Domina, nisi ut illos Tuos Misericordes oculos ad nos convertas, & ostendas Te Matrem *n.* amabilem, inferis *o.* terribilem, fontem *p.* misericordiæ, Virginem *q.* plenam clementiâ, miserorum *r.* piam consolationem, mediatricem *s.* Dei & hominum, amatricem *s.* mortalium, Cælestem *s.* illuminatricem, salutem *t.* invocantium, portum *t.* naufragantium, miserorum *t.* solatium, pereuntium *t.* refugium, Matrem *u.* salutis, Matrem totius *w.* veniæ, Matrem *x.* viventium, Matrem *y.* sanctæ

spei,

m. S. Bonav. stim. Amor. part. 3. med. sup. Salve.

n. S. Bonav. in litan. B. V. M.
o. p. q. r. Idem Ibid.
s. S Bonav. ad Hymn. Ambros.
t. Idem Ibid.
u. S. Bernard. serm. 2. de Advent.
w. S Anselm. alloq. cæl 23
x S. Epiphan hæres 78.

y Richard à S. Laurent. lib. 6.
z. Joan. Geomet hymno 1. de B. V M.
aa. S Bonav. in Pf B. V. M. Pfalm. 119.
bb. Idem. Pf. 60.
cc Id. Pf. 77.
dd Id Pf. 6.
ee. Idem, Pf. 129.

fpei, y. timoris y. agnitionis, & z. gratiarum. Miferere aa. igitur noftri Domina, Mater luminis & fplendoris: illumina nos Domina veritatis & virtutis. Tu enim es rutilans & decora: nubes rorifera, & confurgens Aurora: pulcra es & clara, ut luna pleniffima: tanquam bb. fol refulget facer afpectus Tuus. Pulcritudo cc. Tua vincit folem & lunam: compofitio Tua ad ornamenta virtutum. *Memento* dd. noftri perditorum Salvatrix, exaudi planctus cordis noftri! Erue ee. me in die mala, & in die mortis, ne oblivifcaris animæ meæ: deduc me in portum falutis, inter juftos fcribatur nomen meum.

Illos Tuos mifericordes oculos ad nos converte.

S. BONAVENTURA. ut fuprà.

Illos pios oculos, & mifericordes
Converte ad famulos in bono difcordes;
Et ad malum fedulos fortiùs concordes,
Noftræ carnis ftimulos deleas, & fordes.

O D E.

O Virgo! Mater auxilij
Opis potens ferendæ!
Tu fplendor Orbis, & decus,
Mortalis ara culpæ,
Alterna quæ commercia
Poli, folíque verfas,
Pacifcerífque fædera,
Mortalium, Deíque.

2.

Tu mitis invocantibus
Manum Patrona præbes,
Tu vota fupplicantium
Gementiúmque queftus
Quater beato terminas,
Et exitu coronas,
Nullúmque torva defpicis,
Sed refpicis ferena.

3.

Benigna Tutrix Exulum
Et Una fpes reorum:
Quies peregrinantium
Pharúfque navitarum,

In

In Orbe deviantium
Ariadna Thefeorum,
Securitatis Oftium,
Clavis beatitatis.

4.

Tu flexilis. Tu prodiga
Mortalium faluti,
Noftris ades periculis,
Audífque deprecantes,
Sunt (quis neget) funt cæteri
In noftra vota Divi,
Sed Tu faves præ cæteris.
Pandora gratiarum.

5.

Gens gloriofa (Cælites)
Mundóque proma Conda,
Cælíque promptuaria
Suos habent favores:
Partitur ille gratias
Divûm Senatus Orbi,
Largúsque dotes dexterâ
Petentibus miniftrat.

6.

Numen fuos (quis ambigat
Sed fanctiore cultu)
Habet fuos Apollines,
Hippocrates, Galenos,
Confos, Gradivos, Hercules,
Amazones, Minervas,
Caftas Dianas, Pallades
Viraginéfque Veftas.

7.

Hi dona fupplicantibus
Divite profufa cornu
Elargiuntur omnibus,
Quos fervitus malorum,
Et dira clades corporis
Infeftat ægrientis,
Et dura quos neceffitas
Angit, premítque luctus.

8.

Dextrâ medente Cælitûm
Vis pertinax veneni,
Atérque bubo folvitur,
Ulcúsque virulentum,
Febris fugit diaria,
Quartana, Tertiana,
Marafmus, ardor hectices,
Et Ilias dolorum.

9.

Armata quot doloribus,
Acuta tot fariffis,
Pleuritis, omnes exuit
Lateris furentis æftus,
Et quem Charonti Navitæ
Naulum parabat æger,
Fugiente morbo lætior
Divis dicat Galenis.

10.

Angina, bilis, fyncope,
Deliriúmque mentis,
Arthritis, hydrops, pectoris
Inflata tympanitis,
Syntecticæ, lienicæ,
Nephriticæque peftes,
Phthifis, Phrenitis, ultimam
Subit coacta Thulen.

11.

Quæcunque corpus agmina
Agunt finiftra bellis,
Divûm premuntur dexterâ
Fugantur & finiftrâ,
Eliberatâ compedes
Serâ cadunt folutæ,
Merfíque vivunt gurgite,
Lapfúque funerati.

12.

Hos expavefcunt Inferi,
His fulminantur Umbræ,
Illis fuos jubentibus
Reddunt fepulcra manes.
Rediviva furgunt corpora
Terræ evocata clauftris,
Jactámque Mors arundinem
Retorquet in pharetram.

13.
Hi guttulas: Tu flumina
Fretúmque Diva fundis:
Hi Gemmulas: Tu Regias
Spargis, pluísque gazas:
Et sparsa quæ per cæteros,
Compendiantur in Te.
Tu jura claudis omnium,
Et dona gratiarum.

14.
Tuis tenentur omnia,
Et brachiis foventur,
Per Te beantur sidera,
Per Te beatur Orbis,
Ubi finis est, & terminus,
Et meta cæterorum,
Tibi finis est exordium,
Et origo gratiarum.

15.
Circum-potestas legibus
Est-scripta, terminísque
Quas circinavit Numinis
Manus suprema sphæras,
Has transilire nemini,
Nec ampliare fas est,
Sunt claustra certa munerum,
Sunt septa gratiarum.

16.
His meta stat: Te terminus,
Nec meta figit ulla,
Horum *columnis* scribitur
Non plùs, favoris, ultra;
Tu longiùs, Tu latiùs
Ultráque plùs, & ultrà
Nascentis oras Cynthii
Extendis, & cadentis.

17.
Tu limites profundiùs
Scrutaris, altiúsque
Soli Deo reconditos.
Æternitatis orbes,
Interminata possides,
Perambulas abyssos,
Cælíque sola cardines,
Et orbitas pererras.

18.
Summi Tonantis Filia
Præ sæculis creata,
Electa præ tot millibus,
Dilecta sola Nymphis,
Verbi Parens Altissimi,
Matérque Conditoris,
Sanctique Sponsa Flaminis,
Et Arrha Trinitatis.

19.
Tu sola Thesauraria
Regis MARIA Regum,
Ad dexteram stans Filij,
Sacris corusca flammis,
Circum-metallo nexilis-
Vestita dives auri,
Et plena fulges gratiis,
Deóque plena turges.

Raym. Jord. in Prologo.

20.
In Te tot ardent irides,
quot emicant favores,
Quot astra cæli splendicant,
In nos fluunt amores,
Tu *Matris* ulnas explicas,
Sinúmque prona pandis,
Amplecterísque supplices,
Amabilis Clientes.

21.
Frontis benignæ lumina
In nos serena verte,
Ut sol reflectit Cynthiæ
Frater jubar sorori,
Suóque cæcæ, luminis
Fulgore replet Orbem,
Sic Virgo nostros respice
Tui calore vultûs.

22.
Magnetis ut vim proximi
Ferri sagitta sentit,
Semper poli convertitur
Ad alta signa telum,

Et

Et inquieto palpitat
  Tremítque lingua motu,
Donec suæ conspexerit
  Quietis unionem.

23.

Imago solis florida,
  Flos subsequax euntis,
Ortum salutat Principem,
  Bonúmque manè dicit,
Et occidens jubet benè
  Fidum valere sidus,
Flexáque fronte gratias
  Se præstat intuenti.

24.

Sic nos Tuo suavissima
  Dignare Virgo vultu,
Magnetis instar attrahe,
  Nos ductiles sequemur,
Seu ferreos, seu floreos,
  Magnésve, Cynthiúsve,
Imple Tuo nos numine,
  Et luminis favore.

25.

Per Te licebit vivere,
  Licebit & moveri,
Ut herba germinabimus,
  Trahemur ut metallum,
Vultûs Tui potentia,
  Serenitásque frontis,
Caliginoso criminum
  Nos tollet è sepulcro.

26.

Ad istud æquor luminis,
  Fluménque gratiarum,
Accurre quisquis pressus es,
  Aut angeris, dolésque,
Hic dia cæli flumina,
  Et luminum sapores
Plenis bibes carchesiis,
  Et hauries culullis.

27.

Accurre, quisquis Irus es,
  Aut Jobus in fimeto,
Hic largitas, hic faustitas,
  Hic sanitas, salúsque,
Amænitas, securitas
  Immensitas bonorum,
Hic obviis Beatitas
  Te basiabit ulnis.

Paraphrasis,

ut suprà.

MEntem *a.* & oculos pariter cum manibus, ad Te Regina *Mundi* attollimus, & coràm Tuæ celsitudinis gloriâ, genu flectimus, cervicem inclinamus, ac plenis suspiriis ad Te preces in cælum transmittimus. Tu altitudo cæli, beatos oculos Tuos, quibus incomprehensibilem gloriam illam lucis æternæ cum desiderio semper

a. S. Bernar. deprec & laud. ad gloriof. V. M.

intueris, ad Tuos supplices in hanc Mundi miseriam projectos de alto inclinare non despicias. O b. sancta! & inter sanctos post Deum singulariter sancta MARIA, Mater Admirabilis Virginitatis: Virgo amabilis fæcunditatis, quæ Filium Altissimi genuisti, quæ perdito humano generi Salvatorem peperisti: Domina præfulgens tanta sanctitate, superminens tanta dignitate, quam utique certum est non mori, præclaram esse potentiâ & pietate. Tibi O Genitrix Vitæ, O Mater salutis, O templum pietatis & misericordiæ, Tibi se conatur præsentare miserabilis anima mea, morbis vitiorum languida, vulneribus facinorum scissa, ulceribus flagitiorum putrida, Tibi nititur, quantùm moribunda valet supplicare, ut potentibus Tuis meritis, & piis Tuis precibus digneris eam sanare. Sic enim Pia Domina, alienata est à se immanitate stuporis, ut vix sensum habeat enormis langvoris: sic sordibus & fætore fætatur, ut timeat ne ab ipsa misericors vultus Tuus avertatur: Sic tabescit desperando respectus Tui conversionem, ut etiam jam obmutescat ad orationem. Peccata mea, negligentiæ meæ, si habetis animam meam vestro veneno peremptam, cur sic facitis eam vestra fæditate horrendam, ut miseratio non possit aspicere illam? Heu pudor sordentis immanitatis in præsentia nitentis sanitatis! Heu confusio immundæ conscientiæ in conspectu fulgentis munditiæ! O benedicta super mulieres, qui Angelos vincis puritate, sanctos superas pietate, anhelat moribundus spiritus meus ad tantæ benignitatis respectum, sed erubescit ad tanti nitoris conspectum. Rogare enim Te Domina desidero, ut miserationis Tuæ respectu cures plagas, & ulcera peccatorum meorum; sed confundor coram Te ob fædorem & sordes eorum. Horreo Domina apparere Tibi in immunditiis & horroribus meis, ne Tu horreas me pro eis, & non possum, væ mihi, videri sine eis. O perturbata,

b. S. Anselm. or. devotiss. ad gloriof. Dei Genit. Deum & Dominum nostrum Jesum Christū.

O con-

O confuſa præcavenda conditio! En quippe vos peccata mea quomodo diſcerpendo diſtrahitis, diſtrahendo corroditis, corrodendo torquetis præcordia mea? Eadem enim peccata mea O Domina cognoſci à Te cupiunt propter curationem, apparere Tibi fugiunt propter execrationem; non ſanantur ſine confeſſione, nec produntur ſine confuſione. Si celantur, ſunt inſanabilia; ſi videntur, ſunt deteſtabilia. Urunt me dolore, terrent me timore! mole me obruunt, pondere me premunt, pudore me confundunt. Sed quoniam *c.* omnibus omnia facta es, omnibus miſericordiæ Tuæ ſinum aperis, ut de plenitudine Tua accipiant univerſi. In *d.* Te Domina ſperavi, non confundar in æternum, in gratia Tua ſuſcipe me. Tu es fortitudo mea, & refugium meum: conſolatio mea & protectio mea. Ad *e.* Te Domina clamavi, verba mea auribus percipe Domina: *f.* & ne avertas à me ſpecioſitatem vultûs Tui. Benedicti ſunt oculi Tui ſplendidiſſimi; quos digneris miſericorditer convertere ſuper nos peccatores. Benedictum ſit lumen & ſplendor faciei Tuæ; benedicta ſit gratia vultûs Tui. Ne *g.* avertas faciem Tuam à me; quia ſpeciem & decorem Tuum à juventute mea concupivi. Te amavi & exquiſivi Regina cælorum; miſericordiam Tuam & gratiam Tuam ne ſubtrahas à ſervo Tuo. *Miſerere h.* mei quæ *Mater Miſericordiæ* nuncuparis: & ſecundùm viſcera miſericordiarum Tuarum munda me ab omnibus iniquitatibus meis. Effunde gratiam Tuam ſuper me, & ſolitam clementiam Tuam ne ſubtrahas à me. O ſalus *i.* Univerſorum! Domina noſtra ſola, quæ nobis es ſola ex Deo ſolatium, ſola æſtûs in nobis exiſtentis divinus ros, tenebricoſæ animæ noſtræ ſplendidiſſima lampas, debilitatis noſtræ potentia, nuditatis noſtræ veſtimentum, noſtræ mendicitatis divitiæ, inſanabilium vulnerum noſtrorum medicina, lacrimarum noſtrarum oblatio, gemituum

c S. Bernard. ſup Apoc 12 ſign. mag.
d. S. Bonav. in Pſal Mari. Pſalm. 30.
e Idem. Pſ. 5.
f. Id. Pſ. 22.
g. S. Bonav. in Pſal. Mari. Pſal. 26.
h. Id. Pſ. 50.
i. S. German. orat de Præſent. Deipar.

tuum noſtrorum ceſſatio, calámitatum *k.* noſtrarum reſtauratio, vinculorum noſtrorum ſolutio, aula denique Univerſalis propitiationis. Hinc *l.* Beatam Te dicunt omnes generationes quia fecit Tibi magna qui potens eſt; magna in Terris, exaltans *Te* ſuper homines: magna in Cælis, elevans *Te* ſuper Angelos; magna in Infernis ſubjiccns *Tibi* univerſas poteſtates. *Tuum* imperium attingit à mari usque ad mare, quod etiam ex dono Filii *Tui* attinget à fine usque ad finem fortiter, & cum eo diſponet omnia ſuaviter. Sed *m.* cur ſolùm loquor Domina beneficiis *Tuis* plenum eſſe *Mundum*? Inferna penetrant, cælos ſuperant; per plenitudinem enim gratiæ *Tuæ*, & quæ in Inferno erant ſe lætantur liberata, & quæ ſupra *Mundum* ſunt ſe gaudent reſtaurata. Certè *n.* nihil eſt virtutis, quod ex *Te* non reſplendeat; & quidquid ſinguli habuerunt ſancti, *Tu* ſola poſſediſti. Et *o.* quæ aliis per partes data eſt, tota ſeſe MARIÆ ſimul infudit gratiæ plenitudo. Potens *p.* eſt *Tuum* auxilium O Deipara, ad ſalutem, & non indiget aliquo alio ad Deum interceſſore. Omnia *Tua* admirabilia ſunt O Deipara! omnia ingentia & aliorum vires ſuperantia! propterea & Patrocinium *Tuum* majus eſt quàm intelligentiâ apprehendi poſſit. Fecit *q.* Deus in *Te* infinitam imaginem bonitatis ſuæ; eſtque *r.* ſtupendus Eccleſiæ & Dei Patris amoris theſaurus, in quo innumeras, & ineffabiles divinæ ſuæ ſapientiæ & bonitatis divitias tota ſanctiſſima *Trinitas* recondidit, & incluſit. Nam *s.* Univerſas & ſingulas virtutes & gratiarum dona habuit in ſuperlativo MARIA, cum alii ſancti ſinguli ſingulas. Ipſa *t.* omnes ſanctos veteris & novi teſtamenti ſupergreſſa eſt, non in quibusdam, ſed in ſingulis virtutibus. Unde dicit: omnia poma nova, & vetera ſervavi tibi, id eſt omnia privilegia Sanctorum novi & veteris teſtamenti in me conjecta ſunt, & commaſſata. Ad illam enim

k. S. Anſelm. alloq. cæleſt. 27.
l. Idiota de Virgin. Part. 13. cap. contempl. 7.
m. S. Anſelm. medit. orat. devotiſſ. ad Deip. V. M
n. S. Bernard. de caſt. connub. cap. 9. & ſerm. 4. ſup. Salve.
o. S. Bernard. ſerm. 4. Sup Miſſus.
p. S German. Patriar. Conſtantinop. ſerm. de Zon.
q. S. Thomas opuſc. de Charit.
r S. Method orat. de laud. Virg.
s. Richard. à S Laurent. ſerm. 4 ſup. Salve.
t. Idem de Concept. Virg. art. 3 cap. 1.

u. enim, ſicut ad medium, ſicut ad Arcam Dei, ſicut ad rerum cauſam, ſicut ad negotium ſæculorum reſpiciunt, & qui in cælo habitant, & qui in Inferno, & qui nos præceſſerunt, & nos qui ſumus, & qui ſequentur, & nati natorum, & qui naſcentur ab illis. Illi qui ſunt in cælo, ut reſarciantur, & qui in Inferno ut eripiantur, qui præceſſerunt, ut Prophetæ fideles inveniantur, & qui ſequuntur, ut glorificentur. Eò beatam *T*e dicunt omnes generationes Genitrix Dei, Domina *M*undi, Regina Cæli: omnes inquam generationes; ſunt enim generationes Cæli & *T*erræ. Pater *w.* ſpirituum (ait Apoſtolus) ex quo omnis Paternitas in Cælo & in *T*erra nominatur. Ex hoc ergo beatam *T*e dicent omnes generationes, quæ omnibus generationibus vitam & gloriam genuiſti. In *T*e enim Angeli lætitiam, juſti gratiam, peccatores veniam invenerunt æternam. *M*eritò in *T*e reſpiciunt oculi totius creaturæ, quia in *T*e, & per *T*e, & de *T*e, benigna manus Omnipotentis, quidquid creaverat, recreavit. O igitur *x.* Domina mea quis ſimilis erit *T*ibi? quæ gratiâ & gloriâ ſuperemines Univerſos? Sicut exaltantur Cæli à *T*erra, ſic *T*u præcelſior cunctis, & nimis exaltata. Sicut *y.* glorioſiſſima MARIA omnes ſanctos excedit in gratia viæ, & in gratia meritorum, ita omnes ſanctos excedit in gratia gloriæ, & gratia præmiorum. Grande *z.* privilegium, quòd ipſa præ omnibus ſanctis apud Deum tam potentiſſima eſt, ſicut illud Auguſtinus *aa.* declarat, dicens, neque enim dubium, quæ meruit pro liberandis proferre pretium, poſſe plus omnibus ſanctis libertatis impendere ſuffragium. Sed quid tanta MARIÆ potentia prodeſſet nobis, ſi ipſa nihil curaret de nobis? propter hoc chariſſimi, ſciamus indubitanter, & pro hoc gratias agamus inceſſanter, quia ſicut ipſa apud Deum omnibus ſanctis eſt potior, ita quoque pro nobis apud Deum omnibus ſanctis eſt ſolicitior,

u. S. Bernard. ſerm. 2. de Pentec.

w. ad Eph. 3.

x. S. Bonav. in Pſalt. Deip Pſalm. 82.

y. Idem in ſpec. Mari: Lect. 6. fol. 439.

z. Idem loc. cit.

aa. Auguſt. ſerm. 35. de ſanctis.

licitior, testante eodem Augustino qui sic ait: *Te solam O MARIA pro sancta Ecclesia solicitam præ omnibus sanctis scimus, quæ impetras inducias transgressoribus, ut renuncient suis erroribus.* Fugiamus *bb.* ergo Fratres & confugiamus ad auxilium *M*atris Domini, in omnibus vexationibus & impugnationibus Diaboli; ipsa namque est inimicis animarum nostrarum terribilis ut castrorum acies ordinata. Et heu! quia multiplex est nostra miseria, pro quâ, benedictione MARIÆ indigemus & misericordia, ideò hanc benedictionem invocemus cum Beato *cc.* Bernardo, qui sic ait: sit pietatis Tuæ Virgo benedicta, ipsam quam apud Deum meruisti gratiam, notam facere mundo, reis veniam, ægris medelam, pusillis corde robur, afflictis consolationem, peregrinantibus adjutorium, & liberationem, sanctis Tuis precibus obtinendo. Si *dd.* ergo dulcissima Virgo MARIA Tu es verè in mulieribus, & super mulieres, imò etiam super viros, imò etiam super Angelos benedicta; benedicta propter celsitudinem Personæ quam genuisti; benedicta propter multitudinem misericordiæ, quam exhibuisti, benedicta propter magnitudinem gloriæ, quam percepisti. Te igitur O nimis benedicta invocamus, Te imploramus, Te oramus cum Beato Bernardo, qui Te benedictam orans ait: Fac *ee.* O benedicta per gratiam, quam invenisti, per prærogativam, quam meruisti, per misericordiam quam peperisti, ut qui mediante Te fieri dignatus est particeps infirmitatis, & miseriæ nostræ, Te quoque interced[...] [par]ticipes nos faciat beatitudinis, & gloriæ suæ.

bb. S Bonav. in spec: Mar. Lect. 14. fol. 453. pag. 1. post med.

cc. S. Bernar. apud S. Bonavent. loco sup. citato. Bernard. serm. 4. in Assum: circa finem.

dd. Idem in fine lection.

ee. S. Bern. serm. 2. de Advent. prope finem apud citatum S. Bonavent

Et

Et Jesum benedictum fructum ventris tui, nobis post hoc exilium ostende.

S. BONAVENTURA. *ut suprà.*

Et Jesum Unigenitum fructum benedictum
Monstra nobis inclytum pium & non fictum,
Per quem genus perditum à Deo, in ævum
victum,
Datum in interitum revixit invictum.
Ventris tui viscera Jesum portaverunt,
Et beata ubera ipsum lactaverunt,
Cui Judæi vulnera dira intulerunt,
Et ipsum post verbera cruci tradiderunt.
Nobis post hoc exilium benignum ostende
Jesum tuum Filium, & nobis impende
Verum patrocinium, & maternum extende,
Et cùm ad judicium erimus, defende.

ODE.

Richard. à S. Laurent. lib. 6. pag. 405.

Regina! nam quo nomine
Te digniore dicam?
Regina! Regis Filia,
Materque præmiantis
Et judicantis Numinis
Post fata; servitutis
Tu merx meæ, Tu cordis es,
Et una meta vitæ.

2.

Electa præ tot millibus
Et millibus *MARIA*,
Cui vota dixi *ferrea*,
Et aureos amores:
Mei caloris terminum,
Meique pacta cultûs,
Non ulla ponent tempora,
Nec lustra sæculorum.

3.

Cui me perenni fædere,
Votóque mancipavi,
Tantæ Parenti, filius,
Magnæ cliens Patronæ,
Heræ potenti servulus,
Stat usque & usque vitam,
Fidémque Mundi Præsidi,
In fata mancipare.

4.

Priùs sequetur vertagum
Lepusculus paventem,
Dentésque figet tergori,
Velocior Lycisca,
Et de subacto Lælape,
Victor feret triumphum,
Quàm Terra me, vel sidera
Testentur infidelem.

5.

Rictu cruentæ belluæ
Lynces, Tigres, Leones,
Jurata jungent fædera,
Et mutuos amores;
Panthera gignet capream,
Et nutriet capellam,
Priùs: MARIÆ perfidus
Quàm dicar esse servus.

6.

Riphæus horror Thraciâ
Cùm grandinârit Arcto,
Gelúque terras strinxerit,
Faménsque deviantem
Silvis ovem deprênderit
Lupus, priùs famebit,
Prædæq; parcet; quàm ferar
Fædifragus MARIÆ.

7.
Priùs volabunt äere.
Squamosa turba, pisces,
Nabunt volúcres æquore,
Et divident procellas,
Notam relinquent patriam,
Hæ prata, & illi arenas,
Quàm criminosus audiam
Ut proditor MARIÆ.

8.
Cete, gigantes æquoris
Et piscium Monarchæ,
Idámque, & Hyblam, & Mænalum
Et florulenta Tempe
Scandent, & herbam, & gramina
Fœnúmque ruminabunt,
Cum bobus ad præsepia,
Quàm deseram MARIAM.

9.
Regnum petent Neptunium
Cervíque, Damulæque
Et Orcades cum Capreis
Palæmoni litabunt,
Seséque cum Sirenibus
Jungent priùs Cameli,
quàm non probatum sentiat
Suum Patrona servum.

10.
Ursos Acanthis cassibus,
Tigrésque vinculabit,
Alces Cothurnix vinciet,
Fortes Alauda tauros,
Sternet Gryphes Acredula,
Et Psittacus caballos,
Quàm me solutum nexibus
Cernet meis MARIA.

11.
Per nubium tentoria
Ducent Apri choreas,
In arborum pinnaculis
Verres haras locabunt,
Jugum columbæ bubulum,
Cygni trahent aratrum.
Quàm criminis divortio
Divellar à MARIA.

12.
Titan tenebras induet
Aurora pulcra noctem.
Frigebit ignis & gelu
Nivémque flamma gignet,
Ferent dolorem gaudia,
Et gaudium dolores
Virtus rea: at non criminis
Reus Cliens MARIÆ.

13.
Has rerum & Orbis Sinchyses
Et Systolas, stupentis,
Has syncopas, & syncrises
Natura sustineret,
Mundus migraret in chaos
Et in Notos abiret,
quàm fædus hoc, quod fortius
Adamante stat, MARIÆ.

14.
Et Tu fidelis servuli
Et filij memento;
Meæ *salutis anchora*
Spes, Stella, cymba, portus,
Nec me fidelem desere
Amáque diligentem,
Suprema cùm sententia
Me judicis citabit.

15.
Tunc O MARIA subveni,
Ostende Matris ulnas,
Tunc insolentis Tænari
Iras, minásque frange.
Elide rictus Cerberi
Trifaucis, & trementum
A fulminante Numinis
Me libera furore.

16
Tunc plena melle Filii,
Et ora plena lacte.

Qua-

Qualem recens puerpera
Enixa Virgo partu
Tractabilem, placabilem
In Bethlehem dedisti,
Ostende plenum gratiis
Tuum MARIA JESUM.

17.

Ostende JESUM linteis
Pannisque fasciatum.
Matris papillas uberum
Lacti fluas prementem,
Fixis rubentem basiis
Amplexibúsque strictum,
Dum discit Infans noscere
Parentis ora risu.

18.

Cùm lætus inter brachia
Maturior jocatur,
Sinúque ludit Parvulus
Matrísque colla stringit,
Reciprocátque basia
Et pressa labra, labris,
Frontem serenus, emicat,
Plaudit, salítque Pupus.

19.

Cui nubis expers purpurat
Aurora prima vultum,
Mollésque Veris insidet
Charis decora malas.
Cui bina soles, lumina
Ardoribus coruscant,
Cælique plena flammulis
Cor vulnerant amantis.

20.

Cui lambit aurum tempora
Sin anci-pútque crispat,
Multáque cunas iride
Thaumantias colorat,
Occulta lucis evibrat
Divinitas pyropos,
2. Cor. c. 13. 11. *Deúmque Pacis* omnia,
Spirántque clamitántque.

21.

Tu, quam Dei caducifer
Legatus Ales astris
Plenam vocavit *gratiâ* Luc. 1.
Non imparem tulisti
Virgo, Paréńsque Filium
Divinitate *plenum*,
Plenúmque Matris gratiâ
Et suavitate *plenum*.

22.

Totus Parentis induit
Vultúmque gratiásque
Oculos manus, & osculum,
Matrizat ille totus,
Et gratiosa Mater est
Natúsque gratiosus,
Est mitis hæc, est mitis hic
Suävis hæc, & ille.

23.

Olim tonans & fulminans, Exod. 19.
Iráque plenus arsit, Exod. 33.
Involvit Orbem fluctibus, Gen. 7.
Fusísque mersit undis,
Picis pluit torrentibus, Gen. 19.
Et sulphuris procellis,
Et integros exercitus Numer. 16.
Severus interemit. Exod. 33.

24.

Hiare Terræ pondera Psal. 104.
Iussit, reósque mergi, Deutero. 16.
Vivósque claudi ruderum Numer. 16.
Et vallium ruinis.
Ast *plena* postquam *gratiâ*
Deum Parens tulisti,
Tunc totus est *& gratiâ*
Deúsque melle plenus.

25

Clementiam cum sanguine
Pectúsque molle traxit.
Cum lacte suxit *gratiam*,
Et exuit furorem
Desuetus undis mergere,
Et ignibus ferire.

 Re-

Reósque segnis plectere,
Sed supplices tueri.

26.

Tremendus inter fulmina
Exod. 19. Et nubium boatus
Mosi locutus Legifer
Circum fremente cælo,
Tonitruis & fulgetris,
Micantibúsque flammis,
Montémque Sinam fumeo
Obnubilante peplo.

27.

Tubis ferùm strepentibus
Et buccinis, adesse
Concussa Tellus innuit,
Motúsque Mons tremore
Magni Dei præsentiam,
Pavore mortis acta
Iudæa gens, quem territa
Exhorruit Tonantem.

28.

Nullis pavendus ignibus
Minísve torvus Infans,
Irásque nullas asperat
In fata sævientes,
Sed Matris inter brachia
Et ridet, & jocatur,
Tenerásque sponte palmulas
In osculum propinat.

29.

Psal. 18. Instar Gigantis exilijt
Magnus Deus Deorum,
Job. 22. Cæli pererrans cardines
Terræque vastitates,
Æternitatis ambitum
Metatus & profundum,
Isa. 40. Mundíque pondus pollice
Suspendit universi.

30.

Immensitas, quam terminus
Nec meta claudit ulla,
Cui totus Orbis punctus est
Cæli, pedum scabellum,
Qui major omni, quidquid est,
Potéstque mente fingi,
Hic implet ulnas Virginis,
Et clauditur lacertis.

31.

Iam totus est placabilis,
Amabilísque totus,
Ceu plena fructu vinea
prægnantibus racemis,
Aut campus uber floribus
Gemmante rore tinctis,
Credas ut illis Irides,
Merósque inesse soles.

32.

Qui lilietum totus est
Et totus est rosetum, Cant. 5.
Candens, rubénsque pascitur Isa. 7.
Emmanuel butyro,
Et melle, totus saccharum
Totúsque nectar Infans,
Totúsque natus gaudiis,
Amoribúsque totus.

33.

Qui totus est Humanitas,
Suävitasque totus,
Dignatus est qui sanguinis
Nostratis esse frater,
Cui nulla pectus efferat,
Nec turbat ira vultum,
Nec vindices in dexterâ,
Nec ore fert sagittas.

34.

Sed quas sagittas dexterâ,
Et quas gerit sinistrâ,
Sunt vulnerantis spicula,
Amoris & sagittæ,
Quas è pharetra pectoris,
Cordisque mísit arcu
In nos amoris è cruce
Testatus esse tela.

34. Quot

35.

Quot námque ſtillant vulnera,
Tot tela ſunt Amantis,
Noſtris Manus amplexibus,
Pronásque pandit ulnas,
Inclinat orans verticem,
Ut annuat petenti,
Et Cæcus Amor, & nudus, &
Inermis in nocentes.

36.

Oſtende talem fontibus
Spes Exulum MARIA.
Tui pudoris, *Filium*
Ventrísque Virgo fructum,
Non *judicem*, non *vindicem*
In probra ſævientem.
Sed *Advocatum* fac *Patrem*
Oſtende, *Téque Matrem.*

Paraphraſis.

ut ſuprà.

O *a.* Domina! hoc quoque optimè competit tantæ Imperatrici, quæ revera Domina eſt Cæleſtium, terreſtrium & Infernorum: Domina inquam Angelorum, Domina hominum, Domina Dæmonum, Domina utriusque in cælo, Domina in Mundo, Domina in Inferno: Cæli *b.* Regina, poſt Deum ſola ſpes noſtra! Te tota cæleſtis curia Reginam honorat: *c.* benedictum ſit imperium Tuum ſuper cælos, benedicta ſit magnificentia Tua ſuper terram, Benedicta *d.* ſis Regina cælorum & Angelorum, & benedicantur à Deo laudatores magnificentiæ Tuæ. Domina, *e.* quis ſimilis Tibi? quæ gratiâ & gloriâ ſuperemines univerſos? ſicut exaltantur cæli à terrâ, ſic Tu præcelſior cunctis, & nimis exaltata. Ad *f.* te levavi oculos meos Regina, quæ regnas in cælis: adjutorium noſtrum in virtute ſit nominis Tui; per Te omnia opera noſtra dirigantur: benedicta ſis in cælo & in Terra, & in omnibus abyſſis: benedicta ſit fæcunditas Tua, benedicta ſit Virginitas & munditia Tua: benedictum ſit corpus Tuum ſanctum, benedicta ſit anima Tua ſanctiſſima. Domina *g.* Angelorum, Regina Mundi, mun-

a. S. Bonav. in ſpec. Mar: lect. 3. fol. 433.

b. Idem in Hymn. Ambroſ.

c. Idem in Pſ. Mar. Pſ. 53.

d. Id. Pſ. 43.

e. Id. Pſ. 82.

f. Id. Pſ. 122.

g. Id. Pſ. 40.

munda cor meum igne amoris & charitatis Tuæ. Tuus *h.* totus ſum O Domina! *i.* Dulcore Tuo liquefactum eſt cor meum, amore Tuo inflammata ſunt viſcera mea! quia *k.* Tu es lactatrix Salvatoris animæ meæ, initium & finis totius ſalutis meæ. Te *l.* amavi, & exquiſivi Regina cælorum, miſericordiam Tuam & gratiam Tuam, ne ſubtrahas à ſervo Tuo. O *m.* Virginis amor! divinum reddis amantem, virgineum facis jam multa ſorde pollutum. Ave Domina mea, Mater mea, imò cor meum, & anima mea, Virgo MARIA. O nomen ſuaviſſimum, nomen jucundiſſimum, nomen dulciſſimum, nomen MARIA! quid feci, quid præſumpſi, quomodo exceſſi, quòd nominare Te audeo? quis unquam talia audivit, ut perditionis filius, peccatorum ſacculus, dæmonum famulus Te nominare præſumat? O amor mei! nomen Matris Dei revereri neſcit amor, mihi parce Domina, quòd me amare dicam Te! Etenim ſi non ſum dignus, non es indigna amari. Quis O Domina Te amare deſiſtet, cujus beneficiis gratiam & gloriam impetramus? per Te Domina franguntur vincula, ſolvuntur debita, vincuntur vitia, ſolidantur confracta, reparantur perdita, renovantur vetera, roborantur infirma, magnificantur minima, exaltantur infima, incepta promoventur, imperfecta perficiuntur, perfecta conſummantur, cor purgatur, refulget mens, animus inflammatur, liqueſcit pectus, dulceſcit guſtus, decoratur aſpectus, deſponſatur peregrina, traducitur ſponſa, & reſolvitur anima. Omnia hæc per Te Virgo MARIA! Beata *n.* Tu inter mulieres, quæ genuiſti eum, qui olim in Paradiſo formavit Adam ex luto! quæ VERBUM ex Te INCARNATUM peperiſti; Deipara exiſtis, ſola ſolius Dei Filium genuiſti. *Eum o.* qui eſt imago Dei inviſibilis, Primogenitus omnis creaturæ, quoniam in ipſo condita ſunt univerſa in cælis & in terra, viſibilia & inviſibilia: omnia

h. Idem. Pſal 118.
i. Id. Pſ. 38.
k. Id. Pſ. 41.
l. Id. Pſ. 26.
m. Idem. ſtim amor. part. 3. cap. 16. fol. 227. & fol. 228. col. 1.
n. S. Epiphan de laud. Virg
o. ad Coloſſ 1

omnia per ipsum, & in ipso creata sunt: & ipse est ante omnes, & omnia in ipso constant. *Eum* qui *p.* transtulit montes & nescierunt hi, quos subvertit in furore suo: qui commovet terram de loco suo, & columnæ ejus concutiuntur: qui præcipit soli & non oritur, & stellas claudit quasi sub signaculo: qui extendit cælos solus, & graditur super fluctus maris: qui facit magna & incomprehensibilia & mirabilia, quorum non est numerus. *Eum q.* qui Dominus Deus verus est; ipse Deus vivens & Rex sempiternus; qui *r.* mensus est pugillo aquas; & cælos palmo ponderavit; qui appendit tribus digitis molem Terræ, & libravit in pondere montes, & colles in statera: *coram quo* gentes quasi stilla situlæ, & quasi momentum stateræ reputatæ sunt? ecce insulæ quasi pulvis exiguus. Omnes gentes quasi non sint, sic sunt coram eo, & quasi nihilum, & inane reputatæ sunt ei: qui sedet super gyrum terræ, & habitatores ejus sunt quasi locustæ; qui extendit velut nihilum cælos, & expandit eos sicut tabernaculum ad inhabitandum. Deus sempiternus Dominus, qui creavit terminos terræ; non deficiet, neque laborabit, nec est investigatio sapientiæ ejus: ecce Dominus Deus in fortitudine veniet & brachium ejus dominabitur: in *s.* cujus manu anima omnis viventis, & spiritus universæ carnis hominis: Deus *t.* excelsior cælo, qui super stellarum verticem sublimatur, qui circa cardines cæli ambulat; *apud quem* potestas & terror, qui facit concordiam in sublimibus suis, & cujus militum non est numerus. Deus *u.* Deorum Dominus, *cujus* sunt omnes feræ silvarum, & jumenta in montibus, & boves, qui cognovit omnia volatilia cæli, cujus est Orbis Terræ, & plenitudo ejus. Dominus *w.* Deus virtutum, qui sedet super Cherubim. Dominus *x.* in Sion magnus, & excelsus super omnes populos, cujus scabellum pedum adorandum est, quoniam sanctum est. Dominus

p. Iob. 9.
q. Hierem. 10
r. Isa. 40.
s. Iob. 12.
t. Iob. 22. & 25.
u. Psalm. 49.
w. Psalm. 79.
x. Psalm. 98.

y Psalm.103. nus *y*. Deus noster, qui amictus est lumine sicut vestimento: qui extendit cælum sicut pellem, qui tegit aquis superiora ejus: qui ponit nubem ascensum suum, qui ambulat super pennas ventorum: qui facit Angelos suos spiritus, & ministros suos ignem urentem: qui fundavit terram super stabilitatem suam; qui omnia fecit in sapientia, cujus omnia opera magnificata sunt. Dominus
z. Isa. 37. *z*. Deus exercituum, Deus solus omnium Regnorum ter-
aa. Isa. 66. ræ, qui fecit cælum & terram. *Cui* Cælum *aa*. sedes, &
bb. Gen. 19. terra scabellum pedum ejus: *qui* pluit *bb*. super Sodomam & Gomorrham sulphur & ignem de cælo: *Cujus*
cc. Iob. 9. iræ *cc*. nemo potest resistere, & sub quo curvantur qui
dd. Iob. 37. portant Orbem: *qui* tonabit *dd*. voce magnitudinis suæ, & non investigabitur, cùm audita fuerit vox ejus:
ee Psal. 135. tonabit in voce sua mirabiliter, qui *ee*. facit magna & in-
ff. Num. 16. scrutabilia, qui facit mirabilia magna solus: *qui ff*. præ-
Deuter. 11. Psal. 104. cepit universo populo, ut separarentur à Tabernaculis
Ibid. Ibid. Core & Dathan & Abiron, & disrupta est terra sub pedibus eorum, descenderúntque vivi in Infernum, operti humo, & perierunt de medio multitudinis: *à quo* ignis egressus interfecit ducentos quinquaginta viros, qui offerebant incensum: & *iterum* percussi sunt incendio quatuordecim millia hominum & septingenti, absque his qui
gg. Exod 23. perierant in Seditione Core: *qui gg*. iratus in furore suo, murmurantes contra Moysen, delevit in die illa qua-
hh. Exod. 19. si viginti tria millia hominum: *qui* descendit *hh*. super montem Sinai, in ipso Montis vertice, & cæperunt audiri tonitrua, ac micare fulgura, & nubes densissima operire montem, clangórque buccinæ vehementius perstrepebat: & timuit populus qui erat in castris: totus autem mons Sinai fumabat, eò quod descendisset Dominus super eum in igne, & ascenderet fumus ex eo quasi de for-
ii. Psal 88. nace, erátque mons terribilis: Deus *ii*. qui glorificatur in consilio sanctorum; magnus & terribilis super omnes:

ter-

terribilis *kk.* ſuper omnes Deos: terribilis, *ll.* qui auſert ſpiritum principum, terribilis apud Reges terræ. Dominus *mm.* excelſus, terribilis, Rex magnus ſuper omnem terram. *Hic* Rex *nn.* egrediens de loco ſancto ſuo, exultavit ut gigas ad currendam viam: & licet à ſummo cælo egreſſio ejus, nimio tamen prævolans deſiderio, præcedit ſuum nuncium, ad Virginem, quam amaverat, quam ſibi elegerat, cujus decorem concupierat, ut *oo.* inviſibilis videretur à nobis, ut immortalis moreretur pro nobis, VERBUM CARO FACTUM EST, & habitavit in nobis: habitavit hoc VERBUM in nobis, adumbratum carne, quam pro nobis aſſumpſit, & ex nobis: VERBUM IN CARNE, ſol in nube, mel in cera, lumen in teſta, cereus in lucerna, ſuſtinuit in aſſumpta carne incommoda noſtra, & hoc totum non propter ſe, ſed propter nos: ut redderet nos incolumes de infirmis, cohæredes de extraneis, liberos de ſervis. Solus *pp.* deſcendit Dominus, ut multos elevaret; humiliavit ſe Rex noſter, ut ſuos milites exaltaret: ecquis eſt iſte Rex? pauper dives, humilis & ſublimis, qui portatur ut parvulus, adoratur ut Deus: parvulus in præſepio, immenſus in cælo, viſibilis in pannis, pretioſus in ſtellis. O breve *qq.* VERBUM de VERBO abbreviato, ſed cæleſti ſuavitate refertum! altiſſimi Dei Filius, Deus de Deo, genitus ante ſæcula, VERBUM INFANS, quis ſatis miretur. VERBUM CARO FACTUM EST, *rr.* & habitavit in nobis: fratres habere voluit Unigenitus Dei, ut eſſet in multis fratribus Primogenitus ipſe. Utique nihil hæſitet ipſa puſillanimitas fragilitatis humanæ, priùs ipſe factus eſt hominum frater, factus eſt hominis filius: factus eſt homo: Porrò ibi agnoſcitur, longitudo brevis, latitudo anguſta, altitudo ſubdita, profunditas plana. Ibi agnoſcitur, lux non lucens, Verbum Infans, aqua ſitiens, panis eſuriens; videas, ſi attendas, po-

kk. Pſal. 95.
ll. Pſal: 75.
mm. Pſ. 46.
nn. S. Bern. ſerm. 3. ſup. Miſſus.
oo. S. Bern. ſerm. 2. de Cæna Dom.
pp. S Fulgen. ſerm. de S. Stephan. ſub init. Idem ſerm 5. de Epiph. ſub init.
qq. S Bern. in vigil. Nat. Dom. ſerm. 1.
rr. S. Bern. ſerm 2. ſup miſſus fol 21.

potentiam regi, ſapientiam inſtrui , virtutem ſuſtentari. Deum denique lactantem, ſed angelos reficientem , vagientem, ſed miſeros conſolantem. Videas ſi attendas, triſtari lætitiam, pavere fiduciam, ſalutem pati, vitam mori, fortitudinem infirmari : ſed quod non minùs mirandum eſt, ipſa ibi cernitur triſtitia lætificans, pavor confortans, paſſio ſalvans, mors vivificans, infirmitas roborans. Qui *ss.* enim fecit ut ipſe per maternam generationem eſſet naturæ noſtræ, & nos per vitæ reſtitutionem eſſemus filii matris ſuæ, ipſe nos invitat, ut confiteamur nos eſſe fratres ejus. Ergo judex noſter, eſt frater noſter: Salvator mundi, eſt frater noſter: denique Deus noſter eſt factus per Mariam frater noſter. Qua igitur certitudine debemus ſperare, qua deſolatione poſſumus timere, quorum, ſive ſalus, ſive damnatio, de boni Fratris, & de piæ Matris pendet arbitrio? quo etiam affectu hunc Fratrem, & hanc Matrem amore debemus? qua familiaritate nos illis committemus? qua ſecuritate ad illos confugiemus? qua dulcedine confugientes ſuſcipiemur? Bonus igitur Frater nobis dimittat, quod deliquimus, ipſe avertat, quod delinquentes meruimus, ipſe donet, quod pœnitentes petimus. Bona Mater oret, & exoret pro nobis, ipſa poſtulet & impetret quod expedit nobis. Ipſa roget Filium pro filiis, Unigenitum pro adoptatis, Dominum pro ſervis. Bonus Filius audiat Matrem pro fratribus, pro his quos adoptavit Dominus, pro his quos liberavit Filius. MARIA quantum Tibi debemus, Domina, per quam talem Fratrem habemus? quid gratiarum, quid laudis Tibi tribuemus? Magne Domine Tu noſter major Frater es! Magna Domina, Tu noſtra melior Mater: docete cor meum, qua reverentia vos debeat cogitare! Bone Tu, & bona Tu: dulcis Tu, & dulcis Tu: Tu *tt.* ſpecioſus formâ præ filiis hominum; diffuſa eſt gratia in labiis Tuis, propterea benedixit.

ss. S. Anſelm. orat. devot. ad Deip. Virg.

tt. Pſal. 44.

xit Te Deus in æternum: Tu *uu.* tota pulcra es, & macula non est in Te: oculi *ww.* Tui columbarum. Tu *xx.* pulcer es, & decorus. Tu *yy.* aurora consurgens, pulcra ut luna, electa ut sol. Tu *zz.* candidus & rubicundus, electus ex millibus: ipse candor lucis æternæ: candidus quidem divinitate, rubicundus humanitate: candidus quoque conversatione, rubicundus passione: Ecce quàm pulcer est, pulcer 1. in cælis, pulcer in terris, pulcer in Patre VERBUM, pulcer in Matre CARO & VERBUM. pulcer in utero Virginis, ubi non amisit Divinitatem, cùm suscepit humanitatem. Pulcer in miraculis, in flagellis, in sermonibus, in verberibus pulcer, non curans mortem, & mortuos suscitans. Pulcer in ligno, pulcer in cælo, pulcer in sepulcro. Benedicta 2. Tu in mulieribus: & Benedictus 3. fructus ventris Tui: non quia Tu benedicta, ideò benedictus fructus ventris Tui; sed quia ille Te prævenit in benedictionibus dulcedinis; ideò Tu benedicta. verè enim benedictus fructus ventris Tui, in quo benedictæ sunt omnes gentes, de cujus plenitudine Tu quoque accepisti cum cæteris, etsi differentiùs à cæteris. Benedictus ergo fructus ventris Tui, cui benedixit Dominus in æternum; ex cujus benedictione, benedicta etiam Tu in mulieribus. 4. Redde nobis benedictum fructum ventris Tui, ut spiritûs sancti gratia repleamur. 5. Cùm exierit spiritus meus Domina, sit Tibi commendatus, & in terra ignota præsta illi ducatum. Intercede 6. pro me Domina apud Christum Tuum, neque derelinquas me in morte. 7. Conforta animam in novissimis, & in carne ista fac me conspicere Salvatorem. Pacatum 8. tunc & Serenissimum nobis ostende, gloriosum Fructum ventris Tui. O 9. venter mirabilis, qui potuit capere Salvatorem! O venter laudabilis, è quo emanavit desiderium mentium, gratiarum fluvius, gloriæ præmium! O venter amabilis &

uu. Cant. 1. & 4.
ww. Cant. 1.
xx. Cant. 1.
yy. Cant. 6.
zz. Cant. 5. & S. Bonav. in spec. Mar. lect. 16: fol. 156.
1. S. August. hom. 10. & serm. 9. de Nat. Dom. de tempore.
2. Luc. 1.
3. S. Bern. hom. 3. sup. Missus.
4. S. Bonav. in Ps. Mari. Psalm. 131.
5. Idem. Ps. 145.
6. Id. Ps. 83.
7. Id. Ps. 100.
8. Id. Ps. 128.
9. S. Bern. orat. devotiss. sup. Salve. fol. 1747.

& dulcedo animæ! O elevatio mentium, inebriatio cordium, sanitas peccatorum, fructus Domina: hic certè est fructus beatus à principio sui ortus: hic est JESUS Dei vivi Filius: hic est Salvator noster Dominus Deus: hunc JESUM benedictum fructum ventris Tui, nobis post hoc exilium ostende, ut videndo, ipsum habeamus; ipsum videndo beatitudine repleamur, O clemens! O pia! O dulcis MARIA.

O clemens, O pia, O dulcis Virgo Maria.

S. BONAVENTURA. ut suprà.

1.

O clemens clementia summæ bonitatis,
Adonai Filia, flos Virginitatis,
Damnatorum venia, Mater pietatis,
Virginum lætitia, stola charitatis.

2.

O pia piissima Regina cælorum,
Omnium ditissima Dei sæculorum,
Virgo prudentissima, gemma confessorum,
Atque jucundissima laus Apostolorum.

3.

O dulcis, dulcissima super favo, melle,
Columba castissima, carens omni felle,
Mater benignissima, juxta nostrum velle
Cuncta fætidissima à nobis repelle.

4.

Maria eximia Natum deprecare,
Ut quicumque omnia hæc vult recitare,
In Tui memoria, & Te collaudare,
Dignetur in gloria sua collocare.

ODE.

Damascenus orat. 3. de Nativ. B. V. Andr Cret. orat. 2. de Ass. Rup. Abb. lib 2. in Cant. S Bonavent. in spec. Mar. lect. 14. S. Greg. Pap. in lib. 1. Reg. 1. Guerric. Abb. serm. 1. de Ann:

MOns Virgo, custos *montium*
Nemorúmque Diva Præses,
Hospes, Charísque Vallium
Habitare sueta petras,
Specúsque, cui tot victimas
Ad Virgines acerras
Amor sacerdos immolat,
Quot corda consecrantur.

2.

Mons Ephraim, ter dignus es
Mons Ephraim vocari,
Mons Ephraim qui *Montium*
Sublimis inter omnes
Excedis unus vertices,
Infráque Te minores
Ceu stirias, nubigrados
Temnis, premísque colles.

1. Reg. 1. S. Greg. Pap. in lib. 1. Regum. c. 1.

3. *Ver-*

3.

Verruca Calpe *Saxea*
Pygmæus Oeta clivus,
Et nanus Appenninus est,
Et fungus est Olympus,
Tubérque terræ Caucasus,
Pelorus, Othrys, Ossa.
Parnassus, Ida, Pelion
Pindus, Pelorus, Hæmus.

4.

Super Planetas altius
Frontem, capútque tollis,
Et Astra cuncta despicis
Procerior, thronúmque
Attingis altum Numinis,
Dióque rore plenus
Et germinas, & parturis
Vindemiam salutis.

5.

Mons Ephraim, *Mons vitifer*,
Mons frugiger MARIA!
Cant. 1. *Mons vite vernans Cypriâ*
Cant. 1. *Engaddicis racemis*,
Cant. 1. *Botróque* prægnans Nectaris,
Dulcíque mellis Uvâ.
Totus Falernus *Ephraim*
Hymettus, Hybla, Cynthus.

6.

S. Gregor. Pap. in 1. lib. Reg. c. 1. In cæterorum vertice
Mons Montium locatus
Opus Potentis dexteræ,
Magni Tonantis Ædes,
Sedésque, quam ter mensibus
Tribus occupavit Hospes,
Et in hoc, *Patris spectabile*
Se fecit esse *VERBUM*.

7.

Cant. 1. Eccli. 24. *Mons Dive!* stillans balsamo
Et fistulæ medullâ,
Guttísque myrrhæ, & lacruma
Thuris, favóque florum,
Animáque fragrans cinnami.
Storacis, crocíque succis,
Nardíque spicâ, & liliis
Rosísque, galbanóque.

8.

Vallate Cedris Libani, Eccli. 24.
Sioniis Cypressis,
Palmæ Cadanæ frondibus, apud Hebræos o--. Joann. Bapt. Riccioli.
Rosariis Jericho.
Platani comantis gloriâ,
Et arbutis Olivæ,
Solísque plene lumine,
Et Numinis calore.

9.

Cantate mille laudibus,
Celebrate mille linguis,
quo Te, silex, encomio
Et sicca petra Vates,
Nulla madens aspergine
Divinioris undæ
Cantabo? qui nec Castalia
Bibi, nec Hippocrenen?

10.

Cui plaustra plena plausibus,
Navésque devehuntur;
Et Virginales personant
Odæa mille dotes;
Quotquot vagantur sidera,
Hæréntque fixa cælo,
Tot terra plaudit jubilis,
Et Astra tot triumphis.

11.

Quis explicet tripudia,
Trophæa, serta, palmas?
Cælestiúmque mentium,
Canora vota, cantus?
Quæ nulla vis mortalium,
Oculúsve vidit ullus,
Nec auribus, nec cordibus
Audita curiosis.

12.

Animatur aër musico,
Nemorúmque lustra cantu,
Suis Napææ montibus
Oreadésque petris,

Castæque Nymphæ vallibus
Sacras dicant Camænas,
Dryadésque lætos Virgini
Discriminant triumphos.

13.

B.V.M in montibus Tyrolen: silva quietis seu Waldtrast.

Suam loquaces invocant
Frondosa tesqua, *Silva Quietis*, almam thureis
Vaporibus Dianam,
Mopsúsque agit Palilia
Suæque sacra Divæ,

B.V. in Helvetia Einsiedel.

Corydon & Ægon Helveti
Sanctâ litant Eremo.

14.

B. V. Cellensis in Stiria.

Stirus Palæmon, *scrupeas*
Spelæa celsa *Cellas*
Vallésque saxis horridas,

B.V de Caverna Conymbricæ in Lusitan;

Et Virgines Cavernas,
Thyrsis canit Conymbricus
Versúsque cantor addit,
Echóque dum reciprocat
Laudes, reponit *audes ?*

15.

Audet melos Georgico
Inflare pastor algo
Sanctisque carmen *Montibus*
Buxúmque mancipare,

B. V. in Monte Virgin. in Italia Paduæ in Ital. In Silesia Wartæ & in Bohemia Przibramij Montes sancti.

Latiúmque *Montem Virginum*
Ortámque, *Celiúmque*,
Silesios & Zechicos
Celebrare Pan avenâ.

16.

B. V. in Monserrat in Hispania

Sub *Monte serrâ fissili*
Caváque rupe Pastor,
Tartessiorum Præsidem
Qui collium celebrat,
Dulcem susurrans Eclogam
Suavi sonat cicutâ,
Magnæque Damon Virgini
Iberus addit odas.

17.

B. V. in Tilia, Oetingæ in Bavaria.

Suos Alexis tibiâ,
Cornu suos Amyntas,
Tiliæ sub umbra conferunt,
Et consecrant calores,
Lætúmque Matri personant
Pœana Nazarenæ,
Plenísque plaudunt utribus,
Et litigant avenis.

18.

B V. ad arborem Ravennæ.

Mycon *Ravenna ad Arborem*
Certare per lölæ,
Saxo reclinis æmulam
Arundinem fatigat,
Movétque litem Tityro
Sanctâ superbus irâ,
Et ad coronam provocat
Victoriæque palmam.

19.

B. V. Foiensis in Belgio.

Est Belga Daphnis, *Foiæ*
Qui servat alta *Silva*
Uni dicatus *Quercui*
Cui se, suósque amores
Inscribit hirto cortici
Truncóque NOMEN indit
PALI SUÆ, TER MAXIMÆ
ET VIRGINI, ET PARENTI.

20.

HUIC SE PERENNI FÆDERE
VOVETQUE, DEDICATQUE
DAPHNIS, SACRAMQUE
MANCIPAT
CHELYNQUE, BARBITUMQUE
SOLI LOCANDAM GLORIÆ
ET HOSPITI MARIÆ
CUI QUERCUS ISTA, GRATIÆ
EST ARA, DAPHNIS IGNIS.

21.

Sunt qui Sabæis regium
Odoribus tribunal
Arabúmque Eois imbuunt
Succis, thronúmque gemmis,
Chræsaque gazâ fusiles
Discriminant columnas,

Tho-

Tholíque figunt aureas
Coronidi lucernas.

22.

Sunt qui tropæa Palladi
Bellíque signa sternunt.
Amazonémque prædicant,
Heroidem, Camillis
Robustiorem singulis,
Et omnibus *Judithis*,
Dei Parentem, *maximi*
Fortissimam *Gigantis*.

23.

Sunt qui jubar, qui gloriam
Byssum, decúsque formæ,
Frontis nivem, qui lilia,
Ebur, ligustra, gemmas,
Oris rosas, corallia
Et purpuram genarum,
Rachelis uni conferant,
Et imprimant *MARIÆ*.

24.

Formosa centum diceris
Virgo elegantiarum,
Quam Solis ambit circulus
Pedésque Luna lambit,
Vultu relucent sidera
Aurora tota crine,
Tuúmque spirant lumina,
Frons, ora, lingua *Natum*.

25.

In Te locavit Numen, &
Natura mater omnes
Quascumque vidit uspiam
Natura pulcritates,
Vel inclutæ miracula
Et monstra rara formæ
Laudavit Orbis uspiam,
Helenísque Gratiísque.

26.

Proverb. 31. Multas Sionis Filiæ
(Magni talenta luxus)
Superbientis undique
Mundi tulêre gazas
Opésque ditis Indiæ
Gangeticásque gemmas,
Tu singulorum copiam
ADAMANTE vincis *UNO*.

27.

Tu solis ostro fulguras
Ardésque Solis auro,
Argenteis Lunæ comis,
Et cornibus coruscas,
Amoris Ære dives es,
Cælíque margaritis,
Et omnis elegantiæ, &
Esplenitudo formæ.

28.

Quæcunque stat formositas
Comísque splendor oris,
Monstrum potest Æsopicum,
Deformitásque dici:
Galathea, præ Te, Gellia est; Martial.
Thaísque nigra dentes.
Anúsque scabram Caspia
Rugis arata frontem.

29

In Te salutant publicam
Saræ beatitatem,
Felicitatis filiam,
Faustíque *Solis aram*,
O ara! Sara! mystica
Salutis *ara nostra*, Hymn. Græc. apud But.
Nostri propago gaudii
Risúsque faustitatis.

30.

In Te Suävis basiant
Prudentiam Rebeccæ,
Raríque dotes ingenj,
Animíque *mititatem*
Nullis malorum fluctibus,
Nec imbribus solutam,
Nec Sortis Austris dexteræ,
Nec Africis sinistræ.

31.

Sunt qui *Liæ* puerperæ
Matrísque dignitatem

Ceu

Ceu fertilis vindemiæ
Fructúmque ditis horti
Tuo feracem conferunt
Uteróque, partúique,
Lippam serenæ *Cynthia*,
Lucíque lusciosam.

32.

Solertiam qui *Debbora*.
Sapientiámque Vatis
Dignis *Propheten* canticis
Lapidotheam celebrant,
Noctem, diei comparant
Solísque lumen umbris,
Palmam genistæ, palmitem
Rubo, Cedrum, myricæ.

33.

Formosa vultûs Numina
Casto decore torva,
Virtúsque formæ mascula,
Et forma puritati
Certant, utræné gratiâ
Amórne, sanctitásve,
An castitas amoribus
Præstet, pudórve formâ.

34.

Hæc in pudica prælia
Animíque, corporísque
Hestere, sacri codicum
Memorant, canúntq; fasti.
Ast Te sub umbra Nominis
Quæ Veritas es umbræ,
Hestere gratiosior,
Deprædicant MARIA.

35.

Duri marita Nabalis,
Utrisque vinolenti,
David Ducis, quæ vindicem
Acinacem repressit,
Stultíque crimen conjugis
Modestiâ diremit,
Tuæ est typus *prudentiæ*
Et comitatis icon.

36.

Susanna casti nominis Daniel 13.
Et integri pudoris,
Vestalis instar Virginis
Ferox tueri formam,
Senilibus lenonibus
Amata, concupita,
Mortem subire pertinax,
Quàm non pudica, dici.

37.

Sui severa fæderis
Thoríque conjugalis
Fideíque constans, nemini
Secunda fæminarum,
Uni subesse Virgini
Uníque ferre palmam
Susanna supplex cogitur,
Et nosse castiorem.

38.

O fæminarum fæmina!
O Virginum Virago!
O Gratiarum Gratia!
Charitum Charis MARIA!
O omnium mortalium
Mortalis *Una* vitæ,
Salus salutis perditæ,
Paréntsque conditríxque.

39.

Herois O fortissima,
Pallásque gloriosa,
Non metienda robori
Amazonum nec armis,
Tot laureata præliis
Victoriísque dives,
Et tot triumphis inclyta,
Quot censet astra cælum.

40.

In Te velut signaculo
Fides notata *Sara*,
Laudatur *Hospitalitas*
Raab, relucet *Annæ*
Pietas, *Ruthæ submissio*
Sunamitidísque dotes,

Et

Et omnis excelsissimæ
Virtutis altitudo.

41.

Hinc multa Te panegyris
Cælo, solóque parta
Perennibus concentibus
Amoribúsque mulcent,
Supérque terras musici
Tollunt ad astra cygni,
Tuóque cantant Numini
Et Nomini MARIA!

42.

Sint (cedo palmam gloriæ)
qui floribus coronant
Vates, rosísque Rhetores
Famam thronúmque Divæ;
Sit fas tamen *Clementiam*,
Clementiaque sedem,
Et *amoris* in nos *ostium*
Præ cæteris notare.

43.

Regem decet Clementia,
Subjectio Clientem,
Ignoscit ille crimini,
Fatetur hic reatum,
Virtus fit ut *clementia*
Talísque digna dici.
Hoc criminis confessio
Facítque culpa noxæ,

44.

Et Te decet *clementia*,
Mitísque oliva cordis,
Regina Dulcis & Pia,
Mel tota, saccharúmque,
Et omnis *indulgentiæ*
Clementiaque Mater.
Cui sanguis in præcordiis
In nostra vota bullit.

45.

Habes nocentem supplicem,
Reúmque confitentem,
Multo rubentem crimine,
Culpáque compeditum,
Dignum catastâ Tartari,
Et ânguibus Megæræ,
Et hiantis ore Cerberi,
Alvóque glutiendum.

46.

Fucare crimen, crimen est
Cui frons notata noxis.
Iudex meus, mens, tortor est,
Reatus inquietus,
His testibus sententiam
Præstolor ultionis,
Ni me Tuæ *Clementia*
Patrona dextra servet.

47.

Perennibus quot ignibus
Æternitatis æquor,
Et quot Charybdis Tænari
Et Scylla glutiisset?
Ní cùm vibraret in reos
Trisulca tela Numen
Tu Virgo Clemens, dexteram
Ferientis arcuisses?

48.

Theophilus Chyrographo
Manceps dicatus Orci,
Suóque scriptus sanguine
In Dæmonum cohortem.
Perfusus ora fletibus
Tuam nocens ad aram
Emmolliit *Clementiam*,
Tu Judicis Stateram.

S. Petr. Damian. serm. 1. de Nat. B. V.
S. Bernardus Deprec. ad B.V.M. fol. 264.
Honorius serm. de Assumpt.
S. Antoninus 4. part. sum. tit. 15.
S. Bonavent.

49.

Expertus hic, quem nomino:
Sunt mille, mille plures,
Quos gratiarum supplices
Vis ambiit Tuarum,
Et quos Tuæ *Clementiæ*
Recepit amplitudo,
Sinúsque strinxit obviis
Pietásq; * Favórq; Matris,
ulnis

R 50. Ma-

50.

Maria pellex Mempheos
Et Idalis Canopi,
Formosa Siren, Cyprio
Contagiosa vultu,
Ilex choraga cordium,
Et mentium Charybdis,
Scyllæa naufragantium
Libidinum vorago.

51.

Helena procis Ægyptia
Niliique nota Lais.
Supplex ad aram Virginis
Contrita cor dolore,
Genas rigata lacrimis,
Et deprecata culpas,
Experta Matris gratiam est,
Et Numinis favorem.

52.

Te deprecante vindicis
Resedit ira Nati,
Exasperatas exuit
Frons explicata nubes,
Et sol reluxit purior,
Luménque gratiarum,
Et ultor omnes dispulit
Zelus furoris umbras.

53.

O ergo *Clemens* subveni
Piámque tende dextram,
Cordis Tui *dulcedinem*,
Et amoris adde nectar,
Ut jure possim dicere
Exul, Reúsque, Salve
O Virgo, Clemens, O Pia
Dulcis Parens Maria.

Paraphrasis.

ut suprà.

Et Anacephaleosis totius Hymni Mariani.

a S. Bonav. Ps. Mar. 120. b. Idem. Ibid. LEvavi *a.* oculos meos in montes, unde veniet auxilium mihi. Levavi *bb.* oculos meos ad Te Mater Christi, per quam venit solatium omni carni: auxilium c. Hierem. 31. Tuum & gratiam Tuam nobis impende. Benedicat *c.* Tibi Dominus pulcritudo Justitiæ MONS SANCTUS. d. S. Bonav. in spec. Mar. Lect. 14 fol. 452. *d.* MONS SANCTUS EST SANCTA MARIA, quæ benè Mons dicitur propter excellentiam meritorum, propter altitudinem vitæ & morum. Hic est Mons, de quo, sicut in Daniele legitur, lapis sine manibus abscissus (Daniel. 2.) est: dum Christus de MARIA sine opere e. S. Damasc. orat. 3. de Deip. maritali natus est. Mons *e.* qui collem omnem & montem, id est Angelorum & hominum sublimitatem ex-

xuperat. *f.* Mons qui meritorum verticem, super omnes Angelorum choros, usque ad solium Deitatis erexit, cujus etiam altitudo super omnes sanctos refulsit *g.* Virgo Virginum, nec primam similem visa, nec habere sequentem: Sacrarium Scripturarum Sanctarum: magna Prophetissa; Mons Montium, Virgo Virginum, Sancta Sanctorum, Magistrorum Magistra, favus Christi mellis, columba impolluta, unica Dei sedes, dilectissima dilectarum. *h.* Mons Ephraim beatissima semper Virgo Dei Genitrix fuit, quæ omnem electæ creaturæ altitudinem electionis suæ dignitate transcendit. An nos Mons sublimis MARIA, quæ, ut ad conceptionem æterni VERBI pertingeret, meritorum verticem, supra omnes Angelorum choros, usque ad solium Deitatis erexit? hujus enim Montis præcellissimam dignitatem, Isaias vaticinans, ait, erit in novissimis diebus præparatus Mons Domûs Domini in vertice montium. Mons quippe in vertice montium fuit, quia altitudo MARIÆ, supra omnes Sanctos refulsit. Nam sicut Mons altitudinem, ita domus designat habitationem. Mons quippe & domus aptè dicitur, quæ dum incomparabilibus est illustrata meritis, Deo *Unigenito*, in quo recumberet, sacrum præparavit uterum. Nam Mons in vertice montium MARIA non fieret, si supra Angelorum altitudinem, hanc divina fæcunditas non levaret: Et Domus Domini non fieret, si in ejus ventre per assumptam Humanitatem, Verbi Divinitas non jaceret. Sed rectè Mons Ephraim, id est frugifer dicitur, de qua optimus fructus, id est, novus homo, generatur: quàm certè in fæcunditatis suæ gloria pulcram, ornatámque, Propheta respiciens, ait; Egredietur virga de radice JESSE, & flos de radice ejus ascendet. De hujus namque montis fructu David, in Deo exultans, ait; confiteantur tibi populi Deus, confiteantur tibi populi omnes, terra dedit fructum suum.

f. S.Gregor. in lib. 1. Reg. cap 1.

g. Rupert. Tuitien. lib. 1 in cant. 4.

h. S.Gregor. in lib. 1. Reg cap. 1.

Terra quippe fructum suum dedit, quia quem Virgo peperit, non concepit maritali opere, sed sanctiSpiritus obumbratione. Hinc Isaias ait: erit fructus terræ sublimis. Per *i.* terram benè significatur MARIA, de qua sic legitur in Isaia 45. aperiatur terra, & germinet Salvatorem. Quid terrâ humilius? quid terrâ utilius? terram omnes sub pedibus habemus, & de terra omnes vitam fovemus: unde enim victum & vestitum, panem & vinum, lanam & linum, & hujus vitæ necessaria, nisi de terra, & de plenitudine terræ habemus? quid ergo humilius? quid utilius terrâ? similiter quid humilius, quid utilius MARIA? ipsa denique humilitate sua omnium est infima: ipsa plenitudine sua omnium est utilissima. *k.* *Unde, etiam* ipsa per vallem illam signari potest, de qua in lib. Paralip. 2. c. 20, dicitur, vocaverunt locum illum vallem benedictionis. Si omnis humilis est quædam Dei vallis, juxta illud Isaiæ 40. omnis vallis exaltabitur, quantò magis vallis fuit MARIA, quæ tanta fuit humilitate profunda. Quid mirum si ipsa fuit vallis vallium, quæ fuit humillima humilium? O quantis hæc vallis benedicta benedictionibus, est exaltata pro humilitate sua, tam profunda, tam utili, tam grata. *Unde* beatus Augustinus serm. 35. de Sanctis, tom. 10. post med. ait: O verè beata humilitas MARIÆ, quæ Dominum hominibus peperit, vitam mortalibus edidit, cælos innovavit, mundum purificavit, Paradisum aperuit, & hominum animas ab Inferis liberavit. Vallis quantò humilior, tantò receptibilior est aquarum; sic & MARIA gratiarum. Vallis autem irrigationes aquarum recipit, quandóque à superiori, quandóque ab inferiori. A superiori quidem, per pluvias de monte defluentes; ab inferiori verò per aquas de fonte effluentes. Similiter humilis MARIA, quasi de superiori & inferiori, quasi de monte & fonte irrigata, cùm de divina & humana Filii sui

i. S. Bonav. in spec. Mar. Lect. 7. fol. 440.

k. S. Bonav. in spec. Mar. lect. 15. fol. 454.

ıi natura, tantâ gratiarum benedictione infusa est. *l.* ,t ideò benè B. Bernardus ait, serm. de Nativ. Virg. de quæ ductu, ante medi: altiùs intuemini, quanto devo- .onis affectu, à nobis voluit honorari MARIAM? qui to- ıus boni plenitudinem posuit in MARIA? ut proinde i quid spei in nobis est, si quid gratiæ, si quid salutis, ab a noverimus, redundare. O *m.* Genitrix vitæ meæ, ıltrix Reparatoris carnis meæ, lactatrix Salvatoris totius ùbstantiæ meæ; sed quid dicam? lingua mihi deficit, ıuia mens non sufficit: Domina, Domina, omnia intima olicita sunt, ut tantorum beneficiorum gratias exolvant, èd nec cogitare possunt dignas, & pudet proferre non dignas. Quid enim dignè dicam *M*atri Creatoris & Sal- vatoris mei, per cujus sanctitatem, peccata mea purgan- tur, per cujus integritatem mihi incorruptibilitas dona- tur, per cujus Virginitatem anima mea adamatur à Do- mino suo. Quid inquam dignè referam Genitrici Dei & Domini mei, per cujus fæcunditatem captivus sum re- demptus, per cujus partum, de morte æterna sum exem- ptus, per cujus prolem perditus sum restitutus: de exilio miseriæ in patriam beatitudinis reductus? quid *n.* di- cam de te pauper ingenio, cùm de te, quidquid dixero, minor laus est, quàm dignitas Tua mereatur. Quomodo lingua mea rudissima, quomodo interpretativa aridissima in enarrandis laudibus MARIÆ non deficiat? cùm (S. Bonav. ut sup.) disertissimæ linguæ Augustinus dicat, quid nos tantilli, quid actione pusilli in laudibus MA- RIÆ referemus, cùm omnium nostrûm membra, si in linguas verterentur, eam laudare nullus sufficere valeat. Profectò (S. Bonav. ut sup.) cùm nec sanctitas, nec fa- cundia suppetat, ut beatam & gloriosam Virginem dignè laudare queam, ad quid aquæ pauxillum mari addam? ad quid modicum lapillum, monti adjiciam? sed certè cùm MARIA divinis & angelicis laudibus nimiùm ma-

l. S. Bonav. in spec. Mar. Lect. 7. fol. 440.

m. S. Anselm. medit. orat. devotiss. ad B. V. M.

n. S. August. de SS: serm. 35. ante med &. S. Bonav. in spec. Mar. in Prologo fol 429.

gni-

gnificata sit, quid nostra, quid præcipuè mea parvitas ejus laudibus adjicere possit? *o.* Omnium certe encomiorum legem excedit; nec si omnes in orbe dispersæ linguæ in unam coëant, ejus laudes oratione consequi possent. Te *p* *enim* æterni Patris sponsam omnis terra veneratur: Tibi omnes Angeli & Archangeli, Tibi Throni & Potestates fideliter deserviunt: Tibi omnes potestates, & omnes virtutes Cælorum, & universæ Dominationes obediunt: Tibi omnes Chori, Tibi Cherubim & Seraphim exultantes assistunt: Tibi omnis Angelica creatura incessabili voce proclamat, Sancta, Sancta, Sancta MARIA Dei Genitrix, *M*ater & Virgo: Pleni sunt cæli & terra majestatis gloriæ fructûs ventris Tui: Te gloriosus Apostolorum Chorus, sui Creatoris *M*atrem collaudat: Te Beatorum *M*artyrum cætus candidatus, Christi Genitricem glorificat: Te gloriosus Confessorum exercitus, Trinitatis templum appellat: Te sanctarum Virginum Chorea amabilis, Virginitatis & humilitatis exemplum prædicat: Te tota cælestis Curia Reginam honorat: Te per *U*niversum Orbem Ecclesia invocando concelebrat: *M*atrem Divinæ *M*ajestatis: Venerandam Te veram Regis cælestis Puerperam, sanctam quoque dulcedinem & piam: Tu Angelorum Domina, Tu Paradisi janua: Tu Scala Regni cælestis, & gloriæ: Tu thalamus, Tu arca pietatis & gratiæ: Tu vena misericordiæ, Tu Sponsa & *M*ater Regis æterni. Tu templum & sacrarium Spiritus sancti, totius Batissimæ Trinitatis nobile Triclinium: Tu *M*ediatrix Dei & hominum, amatrix mortalium, Cælestis illuminatrix: Tu agonizatrix pugnantium, advocata pauperum, miseratrix & refugium peccatorum: Tu erogatrix munerum, Separatrix, ac terror dæmonum & superborum: Tu *M*undi Domina, Cæli Regina, post Deum sola spes nostra: Tu Salus Te invocantium, portus naufragantium, mi-

o. S. Damasc orat. 2. de Nativ. Virg.

p S. Bonav. in Hymn. Ambros. Psalter Mar. fol. 480.

miserorum solatium, pereuntium refugium: Tu mater omnium Beatorum, gaudium plenum post Deum: omnium supernorum civium solatium: Tu Promotrix justorum, congregatrix errantium, promissio Patriarcharum: Tu veritas Prophetarum, præconium & doctrix Apostolorum, magistra Evangelistarum: Tu fortitudo Martyrum, exemplar Confessorum, honor & festivitas Virginum: Tu ad liberandum exulem hominem, Filium Dei suscepisti in uterum: Per Te expugnato hoste antiquo sunt aperta fidelibus regna cælorum: Tu cum Filio Tuo sedes ad dexteram Patris: O *q*. Domina mea! quis erit similis Tibi? quæ gratiâ & gloriâ superas universos? sicut exaltantur cæli & terra, sic Tu præcelsior cunctis, & nimis exaltata. *r*. Talibus *nempe* decebat Virginem oppignorare muneribus, ut esset gratiâ plena, quæ dedit cælis gloriam, terris Deum, pacémque refudit, fidem gentibus, finem vitiis, ordinem vitæ, & moribus disciplinam. Hæc millies plenissima ab Angelo salutata, spiritu sancto repleta, plenitudine divinitatis afflata. De hac ineffabili plenitudine B. Ambrosius ait: Benè sola gratiâ plena dicitur, quæ sola gratiam, quam nulla alia, consecuta est, ut gratiæ repleretur authore. Diversas & mirificas perfectiones & gratias in diversis sanctis suis habuit & habet Ecclesia, in quorum plenitudine videtur detenta fuisse MARIA, ut verè possit dicere illud Ecclesiastici 24. in plenitudine Sanctorum detentio mea. Revera in plenitudine Sanctorum MARIÆ detentio fuit, dum in mirifica perfectione sua, plenitudo perfectionis Sanctorum sibi non defuit; sicut B. Bernardus declarat, cùm ait: Meritò in plenitudine Sanctorum detentio ejus, cui nec defuit fides Patriarcharum, spiritus Prophetarum, Zelus Apostolorum, constantia Martyrum, sobrietas Confessorum, Castitas Virginum, fæcunditas conjugatorum, immò nec puritas Angelorum: Scriptum enim est

q. S Bonav. in Psal. Mar. 82.

r. S. Hieron. serm. de Ass. B.V. quæ est Epist. 10. tom. 9. ante med. apud S. Bonav. spec. Marian. lect. 7. fol. 441. & 440.

Idem. Ibid. circa med.

Idem post med.

est in Ecclesiastico 24. In plenitudine sancta admirabitur. *Sed &* plena est MARIA respersione odoriferæ famæ. Sicut enim ager plenus odoriferarum specierum odoribus; sic MARIA plena est odoriferis famæ aspersionibus. De hac plenitudine accipiamus quod legitur in Genesi 27. Ecce odor filii mei, sicut odor agri pleni, cui benedixit Dominus. Ager iste est MARIA, in qua thesaurus Angelorum, immò totus Dei Patris absconditus est. Hujus agri pleni, plenus odor est plena MARIÆ fama, plenus honor: de hoc Hieronymus ait *serm. de Assumpt. Mariæ quæ est Epist.* 10, *tom.* 9. *ante med.* quia multis repleta erat virtutum odoribus, manans ex ea fragrabat suavissimus odor spiritibus Angelicis. De isto odore ipsa SANCTA gloriando dicere potest illud Ecclesiastici 24, sicut cinnamomum & balsamum amænitatatis odorem dedi. Odor MARIÆ fuit sicut cinnamomum exterius in cortice conversationis: sicut balsamum interius, in unctione devotionis: sicut myrrha in amaricatione castigationis. Fuit quoque odor MARIÆ sicut cinnamomum in actione: sicut balsamum in conplatione: sicut myrrha in passione. O verè dives, & nimis dives, quæ præter alia aromata, tam plena fuit odorifero Spiritus sancti balsamo, ut benè de illo, super illud, spiritus sanctus superveniet in Te, Beatus Bernardus dicat, *serm. in Nativ. B. V. M. de aquæ ductu ante med.* pretiosum illud balsamum, tanta Tibi copia, tantáque plenitudine influet, ut copiosissimè affluat circumquaque. Benè ergo dicere potuit Deus Pater: ecce odor Filij mei, honor filii pleni, ex honore plenæ *M*atris suæ est & fama. *M*ultæ *s.* filiæ congregaverunt divitias, Tu supergressa es universas: supergressa utique es, supergressa certè es in natura, supergressa es in gratia, supergressa es in gloria, universas filias, universas animas, universas intelligentias O MARIA. MARIA in natura supergressa est

Idem. Ibid. paulò infra.

s. S. Bonav. in spec. Mar lect. 13. fol. 451. post med.

ſt univerſas filias hominum , dum quid natura non ad-
iittit, Virgo concepit, & Virgo peperit. Supergreſſa
t MARIA in gratia univerſas animas Sanctorum, dum
on ſolùm gratiâ plena, ſed etiam ſuper plena fuit, teſte
iabriele, qui priùs dixit, AVE GRATIA PLENA;
poſtea ſubjunxit; SPIRITUS SANCTUS SU-
ERVENIET IN TE. Si autem gratiâ plena fuit,
go quidquid ſibi ſuperveniens poſtea Spiritus contulit,
ı hoc utique plusquam plena, in hoc certè ſuperplena
uit. Supergreſſa eſt MARIA in gloria univerſas Intel-
gentias Angelicas: ipſa enim eſt thronus ille Saphireus,
ui ſicut in Ezechiele 1. legitur, ſuper firmamentum An-
elicum exaltatus eſt. Si ergo MARIA, egreſſa & pro-
reſſa, & ingreſſa, & ſupergreſſa eſt: egreſſa inquam eſt
aſcendo ad vitam miſerorum: progreſſa eſt proficiendo
ı gratia privilegiorum: ingreſſa eſt perveniendo ad re-
num cælorum: ſupergreſſa eſt excedendo gloriam o-
mnium Beatorum; quid amplius quæris? quid ultrà re-
uiris in Virgine? ſufficiat Tibi quòd MATER DEI
t. Quænam obſecro pulcritudo, quænam virtus, quæ
erfectio, quæ gratia, quæ gloria *M*atri Dei non con-
uit? Solve cogitationibus habenas, dilata intellectûs
mbrias, & deſcribe apud te in animo Virginem quon-
am puriſſimam, prudentiſſimam, pulcerrimam, devotiſ-
mam, humillimam, mitiſſimam, omni gratia plenam, o-
mni ſanctitatem pollentem, omnibus virtutibus ornatam,
mnibus chariſmatibus decoratam; quantùm potes, tan-
ım aude & auge, quantùm vales, tantùm adde; major
ſt iſta Virgo, excellentior eſt hæc Virgo, ſuperior eſt
Virgo iſta. Sara *u.* erat mulier pulcra nimis: Rebecca
. decora nimis: Rachel *x.* decora facie, & venuſto a-
pectu. Judith *y.* eleganti aſpectu nimis. Eſther *z.*
ulcra nimis & decora facie. Tres *aa.* filiæ Job, Dies,
Caſſia, Cornuſtibium, ſpecioſæ præ mulieribus in uni-
S verſa

t. S. Thom. de Villan. conc. 2. de Nativ.

u. Gen. 12.
w. Gen. 24.
x. Gen. 29.
y Judith. 8.
z. Eſther. 2.
aa. Iob. 42.

bb. 2. Reg. 11
cc. Daniel. 13.
dd. S. Greg Nazian
ee. Greg. Nicomed. orat. de oblat l. 3 in Cant.
ff. Cant. 1.
gg S. Bonav. in ſpec Mar: lect. 6. fol 438.

verſa terra. Bethſabea *bb*. pulcra valde: Suſanna *cc*. pulcra nimis: *Sed MARIA dd*. inter pulcerrimas eſt prima: pulcritudo *ee*. pulcerrima pulcritudinis, & pulcrorum omnium ornamentum. Si *ff*. ignoras te O pulcerrima inter mulieres: ecce Tu pulcra es: *gg*. diffuſa eſt gratia in labiis Tuis Pſal. 44. Tanta ſiquidem fuit gratia labiorum in MARIA, ut ipſa optimè per Judith ſignari poſſit, de qua dicitur in libro Judith 11. non eſt mulier talis ſuper terram in aſpectu, in pulcritudine, & in ſenſu verborum. Revera non eſt, non fuit, non erit mulier talis ſuper terram, qualis MARIA fuit, in aſpectu clariſſimæ vitæ in pulcritudine mundiſſimæ conſcientiæ, & in ſenſu verborum diſertiſſimæ linguæ. Ecce *hh*. pulcra ſponſa, pulcra in juſtitia & judicio reſpectu ſui, pulcra in miſerationibus & miſericordiæ reſpectu proximi, pulcra in fide, reſpectu Dei. Pulcra utique in juſtitia vitæ, & in judicio conſcientiæ, pulcra in miſericordia, in affectu, & in miſerationibus in effectu: pulcra in fide, qua credidit omnia perficienda in ſe, juxta illud: beata quæ credidiſti, quoniam perficientur in te ea, quæ dicta ſunt tibi à Domino. Luc. 1. Hinc S. Auguſtinus, *ii*. quæ eſt hæc Virgo tam ſancta, ut ad eam venire dignaretur Spiritus ſanctus? tam ſpecioſa, ut eam ſponſam eligeret Deus? Dominus ergo tecum O MARIA, ſicut ſponſus cum ſponſa delicatiſſima. Hæc *kk*. illa Rebecca verè alma, hoc eſt adoleſcendula abſcondita, viro incognita, eximiè ſpecioſa, inter plurimos electa, à magno Patre conquiſita, pretioſis donata monilibus, & ſingulari pudore cohoneſtata Virgo, ſoláque digna reperta, cui verus * Iſaac, Omnipotentis, nempe Patris riſus, idémque omnis veræ lætitiæ noſtræ fons beatiſſimo ſpiritualium nuptiarum vinculo conjungeretur. Hæc ſancta & ſæculis omnibus celebrata Judith, eleganti ſanè aſpectu prædita & decora nimis, quæ ſuperbiſſimum caput am-

hh. S. Bonav. in ſpec. Mar Lect. 10. fol. 445.

ii. S. Auguſt. de ſanct. ſerm. 35. ante med tom. 10. & de temp. ſerm. 10 apud cit. S. Bonavent.
kk. Petr. Caniſius de Maria Deip. lib. 2. cap. 2. fol. 10.
* Gen. 24

pu-

utat Holoferni, mulier Hebræa, quæ populo Dei pro
erta desperatione habitam salutem ac triumphum ad-
ert, de qua rectè propriéque dixeris, quod de illa miran-
a victrice gratus Dei populus prædicabat, benedicta * * Judith. 13.
u filia à Domino Deo excelso præ omnibus mulieribus
uper terram; tu gloria Hierusalem, tu lætitia Israël, tu
onorificentia populi nostri. Hæc illustris illa * He- * Hester. 2. & 7.
er delitiæ Regis æterni abscondita, & custodita, incre-
ibilísque pulcritudinis fæmina, præ aliis omnibus electa
Legina, & summo Regi summè grata, quæ toti populo,
d depellendum triste mortis decretum singularem gra-
iam impetrat atque conservat. Hæc * templum & * Ezech 44.
anctuarium Dei, aut sicut in Ezechiele septuaginta tran-
tulerunt, Sanctorum via, quòd per hanc Virginem, &
iventium, id est Sanctorum *M*atrem, sanctitas ingressa
uerit in orbem terrarum, quódque Sanctus ille sancto-
um, qui sanctos omnes efficit ac perficit, per hanc feli-
em portam sive viam primùm apparuerit mortalibus.
Hæc præcipua lectissimáque Dei sponsa & amica, quam
n mystico * epithalamio, haud sine divino Spiritu Sa- * Num. 19.
omon celebrat, & dulcissimis vocibus affatur, quòd nem-
e sit sponsa Domini & amica, sponsáque prorsus imma-
culata, * pulcerrima, coronanda, sed & columba perfe- *Cant. 1. 2. 3.
cta, talísque mulier, quæ suo miro decore, non sit absi-
nilis Hierusalem civitatum omnium elegantissimæ, am-
olissimæque: mulier dico, quam filiæ Sion vident & lau-
dant, imò quam Reginæ beatissimam prædicant. Ne-
que sat erat divino huic encomiastæ illam plerisque re-
bus, quæ ob gratiam & pulcritudinem, speciem & venu-
statem singularem amantur & appetuntur, conferre, quem-
admodum fonti mundissimo, horto amænissimo, puteo
aquarum scaturientium lectissimo, Paradiso & horto de-
litiarum undique concluso maximéque munito, & aciei
castrorum decenter instructæ, ac idcirco etiam hostibus

 for-

formidabili : sed cùm idem animadverteret , se tantæ personæ majestatem , nullis quidem verbis , aut symbolis, aut præconiis posse consequi , in hanc demum vocem admirabundus erumpit : quæ * est ista, quæ progreditur quasi aurora consurgens, pulcra ut luna, electa ut sol? Et rursus : quæ * est ista quæ ascendit per desertum , sicut virgula fumi ex aromatibus myrrhæ & thuris, & universi pulveris pigmentarii ? iterum verò : quæ * est ista,quæ ascendit de deserto,delitiis affluens innixa super dilectum suum ? Ecce *ll.* quam pulcri sunt gressus tui in calceamentis Filia Principis. *Atque hinc mm.* pulcritudo MARIÆ tam incredibili formositate refulgens inventa est , ut concupisceret ipse Cælorum Rex speciem ejus ; & de sublimi solio Deitatis , descenderet ad infima mortalitatis nostræ, accipiens servi formam. Quanta etenim, qualisve pulcritudo putanda est totius , quando in uno oculorum ejus dicit speciosus præ filiis hominum se corde vulneratum, & quod minus videtur , in uno crine colli illius. Denique primum nomen, quo legitur MARIA per sponsum in canticis nominata, fuit, O pulcerrima mulierum. Si *nn.* ignoras Te O pulcerrima inter mulieres; ecce Tu pulcra es amica mea, ecce Tu pulcra es. *Imò* tota *oo.* pulcra es amica mea, & & macula non est in Te : quomodo enim in oculis Dei hæc verba loquentis , tota pulcra es & immaculata , censentur , quæ tam enormis peccati , velut cæno oblita & defædata , suum primævum, debitúmque nitorem amisit, & quasi sub nequissimi serpentis pedibus devicta jacuit atque prostrata ? Ipsa purissima fuit quantùm ad omnem culpam, quia nec originale, nec mortale , nec veniale peccatum incurrit. Puritas *pp.* intenditur per recessum à contrario : & ideò potest aliquod creatum inveniri , quô nihil purius esse potest in rebus creatis , sine ulla contagione peccati : & talis fuit puritas Beatæ Virginis , quæ à peccato orginali,

* Cant. 6.

* Cant. 3.

* Cant. 8.

ll. Cantic. 7.

mm. Joann. Gerson. Cancell. Parisien tract. 3. sup. Magnific. apud Joann. Perlendum in Elog Deip tit. Mater amabilis.

nn. Cant. 1.

oo. S. Thom. Aqu. in exposit. angel. Salut. apud Pet. Canis. part. 2. de Deip. Virg. l. 1. cap. 6. fol. 40.

pp. S. Thom. Aq. in 1. sent. ut sup. apud eundem Canis.

nali, & actuali immunis fuit: tamen ista puritas fuit sub Deo, in quantum erat in ea potentia ad peccandum. *Ecce* tota *qq.* pulcra es amica mea, & macula non est in Te. Habuit *rr. enim hæc* summum & perfectissimum in pulcritudine, quod potuit esse in mortali corpore, secundùm statum viæ operante natura. Sicut enim Dominus noster JESUS CHRISTUS fuit speciosus forma præ filiis hominum, ita Beatissima Virgo pulcerrima & speciosissima inter filias hominum. Tota *ss.* pulcra es, amica mea, & macula non est in Te: tota pulcra, quia tota Deificata; & macula non est in Te, quia Spiritus Sanctus superveniet in Te: Sola Mater & Filia Creatoris, nec descendit, nec cecidit, caro *tt.* enim ejus ex Adam assumpta, maculas Adæ non admisit. Sicut *uu. enim* primus Adam formatus fuit ex terra, antequam esset maledicta, itá secundus formatus est ex terra Virginea nunquam maledicta. Illa *ww.* Virgo, illa MARIA, illa sancta præservata fuit à peccato Originali, in primo instanti suæ Conceptionis, & libera ab omni culpa: & qui ita non senserit, non consequetur salutem æternam. O MARIA! *xx.* quam felix es, & fortunata, quæ initio & ante sæcula, & in initio viarum Dei ab ipso electa fuisti, & Adæ peccato prævíso non fuisti cum omnibus aliis condemnata, sed voluit Deus, ut merita Filii Tui super omnes prodessent: Téque pro minimo momento noluit inimicam, sed semper pro charissima amica. *Adeóque* tota pulcra es amica mea, & macula non est in Te. Cant. 4. Nam *yy.* innoxiam affligi non decuit, nec sustinebat justitia, ut vas illud electionis communibus lassaretur injuriis, quoniam plurimum à cæteris differens, naturâ communicabat, non culpâ. *Quippe zz.* cùm Angelus dixit GRATIA PLENA, ostendit ex integro iram exclusam primæ sententiæ. Ecce 1. Virginem præclaram, naturæ nostræ ornamentum, quæ audaciam ser-

qq. Cant. 4.
rr. Albert. Magn lib. de laud B. V. apud Canis. loco cit. fol. 92.
ss. Petr. Card Dam. serm. de Annunc.
tt. Idem in Assumpt.
uu. Abdios in gest. S. Andreæ Ap lib. 4. apud Joan. Perlend. Elog Deip. tit. Mater puriss.
ww. Copacius discurs. 1. de concept. Virg. referens. verba. S Jacob. Ap. Maj. apud Joann. Perlendum: ut suprà.
xx. Amadæus in sua Apoc. raptu 8. citans verba S. Thom. Apost. apud Perlend. ut sup.

pentis abscidit. O 2. Deo digna filia primigeniæ Matris correctio, Paradisus in quo condemnatio abrogata, ad quam serpens aditum, non habuit. *Tota pulcra es*, 3. quia decebat, ut illius hominis (Christi) conceptio de Matre purissima fieret. Nempe decens erat, ut ea puritate, quâ major sub Deo nequit intelligi, Virgo illa niteret, cui Deus Pater *U*nicum Filium suum, quem de corde suo, æqualem sibi genitum, tanquam seipsum diligebat, ita dare disponebat; ut naturaliter esset, unus, idémque communis Dei Patris & Virginis Filius, & quam ipse Filius substantialiter facere sibi *M*atrem eligebat, & de qua Spiritus sanctus volebat, & operatus erat, ut conciperetur & nasceretur ille de quo procedebat; cujus 4. uterus thalamus Dei, aula Dei, in qua habitaret, factus est. Verè enim habitavit in eo, quoniam seipsum ipse in eo, & ex eo quod priùs non erat, fecit. O habitaculum mirabile! O habitare ineffabile! quem cæli cælorum, quem omnes rerum creatarum machinæ capere nequeunt, Virginalis uterus Beatæ MARIÆ cepit, quando eundem ipsum de se verum & perfectum Deum, & hominem in una persona concepit & generavit. Quid 5. amplius quæris? quid ultrà requiris in Virgine? sufficiat tibi quòd Mater Dei est. Hoc nomen Matris Dei, est nomen super omne nomen puræ creaturæ, in quo cum ea, nulla participat creatura. Pura 6. enim sanctitas, & sanctissima puritas piissimi pectoris ejus, omnem omnis creaturæ puritatem, sive sanctitatem transcendens, incomparabili sublimitate hóc promeruit, ut Reparatrix perditi orbis dignissimè fieret. *Atque exinde* 7. Immensissima, MARIA, capacior cælo es, quia quem cæli capere non poterant, Tuo gremio contulisti. Tù capacior es mundo: quia quem totus non capit orbis, in Tua se clausit viscera factus HOMO. Si ergo MARIA tam capacissima fuit ventre, quantò magìs mente? & si capacitas tam

yy. S. Cypr. Carthagin. Mart. orat. de Christi Nativ. apud Perlend loc. cit.
zz. S Fulgēt Ruspen: de laud. Virg apud Perlend ut sup.
1. Hesich. Hierosol. orat. 2. de S. Deip.
2. S. Joann. Damasc. or. 2. de Dormit. Deip.
3. S. Anselm. lib. de conc. Virg. & pecc origin cap. 18 fol. 116
4. S. Anselm. de Excel. Virg M. c. 1.
5. S. Thom. de Villan. conc. 2. de Nativ.
6. S. Anselm de Excel. Virg. cap. 9. fol. 247.
7. S. Bonav. in spec. Mar. lect. 5. fol. 436.

ım immensa fuit gratia plena, oportuit utique, quòd ratia illa, quæ tantam implevisse potuit capacitatem, es-:t immensa. O quis immensitatem MARIÆ potest ıensurare? Ecce quod dicitur in Ecclesiastico; altituinem cæli, & latitudinem terræ, & profundum abyssi uis dimensus est? Cælum est MARIA, tum quia cæ-:sti puritate, cælesti claritate, cælestibus aliis virtutibus bundavit. Tum quia sedes Dei Altissimi fuit, teste Proheta qui dicit, Psalm. 102. Dominus in cælo paravit :dem suam. Terra quoque MARIA fuit, quæ fructum lum nobis protulit, de quo idem Propheta ait Psal. 66. 'erra dedit fructus suos. Abyssus etiam est MARIA, ı bonitate & in misericordia profundissima: unde etiam rofundissimam misericordiam Filii sui pro nobis intercellat, quasi abyssus abyssum invocat. Cælum ergo est ›IARIA, Terra est MARIA, abyssus est MARIA. Quis hujus cæli altitudinem, quis hujus terræ latitudiem, quis hujus abyssi profunditatem, quis inquam MA-ℓIÆ immensitatem, dimensus est, nisi ille solus, qui i-·sam non solum in gratia & in gloria, sed etiam in misericordia tam altissimam, tam latissimam, tam profundam ·peratus est? Beati 8. quorum corda Te diligunt Virgo ›IARIA: peccata ipsorum à Te misericorditer diluenur. Deus 9. ultionum Dominus, Sed Tu MATER ›IISERICORDIÆ ad miserandum inflectis. Miseraionibus Tuis plena est terra, misericordia 10. Tua rigat ıniversum. Miserationibus 11. Tuis repletur Paradisus. iolium 12. divinæ Misericordiæ es MARIA: Mater nisericordiæ, in quo omnes inveniunt solatia misericorliæ. Nam sicut misericordissimum Dominum habemus, ℵ misericordissimam Dominam habemus. Dominus ıoster multæ misericordiæ est omnibus invocantibus se: ℵ Domina nostra multæ misericordiæ est omnibus invo-:antibus se. Benedicta 13. es à Domino filia, quia prio-

8. S. Bonav. in Psalt Mar. Psal. 31.

9. Id. Ps. 97.

10. Id. Ps. 118.

11. Id. ps. 86.

12. Idem in spec. Mar. lect. 9. fol. 443.

13. Idem ibid lect. 10. fol. 444.

rem

rem misericordiam posteriore superâsti, Ruth 3. Verè benedicta à Domino filia est MARIA, à summo, inquam Domino cujus ipsa est filia O verè nobilissimi Regis filia ad regnum copiosissimè extracta , teste B. Bernardo qui ait, Tu Filia delicata, & omni gratiâ plena, charissima in deliciis Tuis tracta es ad gloriam decoris Tui & in signum dilectionis. Ista benedicta filia priorem misericordiam posteriore superavit; magna enim erga miseros fuit misericordia MARIÆ, adhuc exulantis in Mundo, sed multò major erga miseros est misericordia ejus regnantis in cælo. Majorem per beneficia innumerabilia nunc ostendit hominibus misericordiam, quæ magis nunc videt innumerabilem hominum miseriam. Unde pro splendore prioris misericordiæ fuit MARIA pulcra ut luna: pro splendore verò posterioris misericordiæ, est electa ut sol. Nam quemadmodum sol lunam superat magnitudine splendoris; sic priorem misericordiam superat magnitudo posterioris: Quis est super quem sol & Luna non luceat? quis est super quem misericordia MARIÆ non resplendeat? audi quid de hoc Bernardus sentiat serm. super apoc: sign: magn: ait enim sic. Quemadmodum sol oritur super bonos & malos indifferenter: Sic MARIA petita non discurrit merita, sed omnibus sese exorabilem, omnibus clementissimam præbet, omnium denique necessitatibus amplissimo affectu miseretur. O 14. Domina! innumerabiles sunt virtutes Tuæ: inæstimabiles autem misericordiæ Tuæ. O 15. quam innumeri peccatis dediti jam Deum deseruerant, omnémque cælestis patriæ cætum, Deúmque ipsum abjurârant, ac negârant, ac in desperationis voraginem se præcipites dederant, atque à Deo miserè separati erant, qui tamen Tibi innitentes, atque ad Te confugientes, à Te benignissimè servati sunt, donec Te intercedente apud Deum in gratiam restituerentur. *O quàm* 16. benedicti sunt

14 Idem in Psal Mar. Psal. 43.

15. B. Amandus Suso dial. c. 16. apud Perlend tit. fæderis arca.

16. S. Bonav. in Psal. 22.

īunt oculi Tui ſplendidisſimi, quos digneris miſericordi-
cr convertere ſuper nos peccatores: quoniam 17. miſe- 17. Ibidem: Pſalm. 25.
icordia, & clementia Tua ante oculos meos. Tu 18. 18. S. Bern. deprec. ad B. V. M. fol. 268.
ıltitudo cæli beatos oculos Tuos, quibus incomprehen-
ibilem gloriam illam lucis æternæ cum deſiderio ſemper
ntueris, ad Tuos ſupplices in hanc mundi miſeriam pro-
cꝭtos, de alto inclinare non deſpicias. Et ecce coram
remendo judice peccatores asſiſtimus, cujus manus ter-
ibilis gladium iræ ſuæ vibrat ſuper nos. Et quis avertet
am? Nemo Domina tam idoneus, ut gladio Domini
nanum pro nobis objiciat, ut Tu Dei amantisſima, per
ıuam primùm in terris ſuſcepimus miſericordiam de
nanu Domini Dei noſtri. Aperi itaque Tu *M*ater *Mi*-
ēricordiæ benignisſimi cordis Tui januam ſuſpirioſis pre-
atibus filiorum Adam. Ex omnibus finibus terræ, ad
Tuæ protectionis umbraculum confugimus à facie formi-
linis fortitudinis Dei. Ad Te Domina mea, ſtillant o-
uli noſtri: Te devotionis clamore valido obſecramus,
ıt filii Tui Domini noſtri, iram, quam graviter peccandò
ıccendimus, erga nos mitiges; ejusque gratiam, à qua
ıgrati excidimus, nobis Tua conciliet, cujus livore ſana-
i ſumus, ejus iterum medelam depoſcimus, quia putrue-
unt & corruptæ ſunt cicatrices noſtræ, & non eſt in no-
ıis ſanitas. Attende Domina, & vide dolores vulnerum
nimarum noſtrarum, qui Tibi revelamus cauſam noſtram
um fiducia. Te enim inæſtimabilis benignitatis fæmi-
ıam, & venerandam *M*atrem eſſe cognoſcimus ex eo,
ıuòd Tu mundum hunc immundum & lubricum, impol-
ıto calle tranſiſti, & adhuc inter peccatores degens, tan-
a ante Deum ſanctitate fæcundaris, ut ſola ſolio Regis
ɛterni immediatè approximare merueris. Tu peccato-
em quantumlibet fætidum non horres, non deſpicis, ſi
d Te ſuſpiraverit, tuúmque interventum pœnitente cor-
le flagitaverit. Tu illum à deſperationis barathro pia

T ma-

manu retrahis, ſpei medicamen aſpiras, foves: non deſpicis quouſque horrendo judici miſerum concilies. Famoſum hujus Tuæ benignitatis teſtimonium eſt per Te Theophilus reſtauratus gratiæ. Nec mirum O Domina, ſi tam copioſo oleo miſericordiæ Tui cordis perfuſum eſt ſolatium, cùm illud inæſtimabile opus miſericordiæ, quod prædeſtinavit Deus ante ſæcula in redemptionem noſtram, primùm in Te à mundi artifice ſit fabricatum. Quando enim placuit gratiæ ſupernæ, ut habitaret in nobis, à quibus elongata fuerat; Tu ſola inventa es digna, ut in Tua virginali aula Rex regum & Dominus Dominantium, à regalibus ſedibus veniens, primam ſibi manſionem inter filios hominum eligeret. Verè beneplacitum fuit Deo habitare in Te, quando ex ipſa illibata carnis tuæ ſubſtantia, quaſi de lignis Libani architectura ineffabili domum ſibi ædificavit Dei Sapientia: ſuffulcivit eam ſeptem columnis argenteis, ac reclinatorium aureum in ea collocavit. *Sed* 19. nunquid quia ita Deificata, ideò noſtræ humanitatis oblita es; nequaquam Domina: ſcis in quo diſcrimine nos reliqueris, ubi jaceant, quantùm delinquant ſervi tui: non enim convenit tantæ miſericordiæ, tantam miſeriam obliviſci: quia etſi ſubtrahit gloria, revocat natura: non enim ita memoraris juſtitiæ Dei ſolius, ut miſericordiam non habeas: neque ita es impaſſibilis, ut ſis incompaſſibilis. Naturam noſtram habes, non aliam, & juſtum eſt, ut de rore tantæ pietatis diffuſiùs infundamur. Scio * Domina, quia benigniſſima es, & amas nos amore invincibili, quos in Te, & per Te, Filius Tuus, & Deus Tuus ſumma dilectione dilexit: quis ſcit, quoties refrigeras iram judicis, cùm juſtitiæ virtus à præſentia Deitatis egreditur? O 20. quis æſtimare valeat, quàm multæ animæ opitulante gratia MARIÆ, ſint per gratiam impinguatæ! imò certè, quis æſtimare valeat, quanta in ipſa MARIA fuit impin-

19. Petrus Damian. ſerm. 1. de Nativ. Virg.

* Idem non multò poſt.

20. S. Bonav. ſpec. Mar. lect. 5. fol. 437.

pinguatio gratiarum, cujus gratiâ impinguata sunt tot millia animarum? cujus enim virtutis pinguedine ipsa caruit, quæ omnium virtutum pinguissimum habitaculum fuit? ait enim Joann: Damasc: lib. 4. fid. orthod: cap. 13. MARIA in domo Domini plantata, & impinguata spiritu ut oliva fructifera, omnis virtutis habitaculum facta est. Item gratia MARIÆ, liberat à morte æterna universos, qui liberantur. Hoc benè signatum est in Esther, de qua legitur cap. 2. Adamavit eam Rex plusquam omnes mulieres, & posuit diadema regni in capite ejus. Hujus autem gratiæ, quam Esther coram rege habuit, duplex legitur fuisse utilitas. Una, quòd ipsa diadema regni obtinuit: alia, quòd ipsa gentem suam morti addictam à morte eripuit. Sic certè Esther nostra Beata MARIA, tantam gratiam coram rege æterno impetravit, quòd per hanc, non solùm ipsa ad coronam pervenit, sed etiam generi humano, morti addicto, subvenit. Unde Anselmus ait; quid dignè referam Genitrici Dei & Domini mei? per cujus fæcunditatem captivus sum redemptus, per cujus partum morte æterna sum exemptus, per cujus prolem, perditus sum restitutus, & de exilio miseriæ ad patriam æternæ beatitudinis sum reductus? 21. Misericordias Tuas Domina, in sempiternum cantabo. Tu 22. enim salus mea in Domino, quæ me morti adjudicatum liberâsti. Salus 23. sempiterna in manu Tua Domina, qui Te dignè honorificaverint, suscipient illam. Clementia Tua non deficiet à sæculis æternis, & misericordia Tua à generatione in generationem. Sæpè 24. quippe vidimus & audivimus plurimos hominum in suis periculis recordari (MARIÆ) & omnis periculi malum illicò evasisse: velociórque est non nunquam salus memorato nomine ejus, quàm invocato nomine Domini Jesu Filii sui. Et id quidem non ideò fit, quòd ipsa major, & potentior eo sit, nec enim ipse

21. S. Bonav. in Psal. Mar. 88.
22. Id. Ps. 118
23. Id. Psal. 104.
24. S. Ansel. de Excell. Virg. cap. 6. fol. 245.

magnus & potens est per eam, sed illa per ipsum. Quare ergo propitior Salus in recordatione ejus, quàm Filii sui percipitur? dicam quod sentio: Filius ejus Dominus est, & judex omnium discernens merita singulorum: dum igitur ipse, à quovis, suo nomine invocatus, non statim exaudit, profectò id justè facit. Invocato autem nomine Matris, &si merita invocantis non mereantur, ut exaudiatur: merita tamen Matris intercedunt, ut exaudiatur. Hoc denique usus humanus quotidie probat, cùm quis proposito Dominico nomine efficaciter ab alio aliquid impetrat, quod simpliciter sua prece nequaquam impetrare potest. Itaque si tam utilis aliquando in subveniendo memoria nominis Matris Dei existit, non mirum si magnæ salutis afferat fructum frequens meditatio amoris ejus. O 25. quanta non voluptate, quibus bonis non impletur, qui mentem suam, sanctissimæ memoriæ Tuæ O Virgo promptuarium effecit! quàm 26. dulcia peccatoribus eloquia Tua O Domina! supra omnem melodiam refectio Tua, dulcis ori meo! memoria 27. suavitatum Tuarum, cor meum alienavit à me, & caro mea mirabiliter exultavit in Te. Quapropter rogamus Te Domina per ipsam gratiam, quâ Te pius & omnipotens Deus sic exaltavit, & omnia Tibi secum possibilia esse donavit: quatenus id apud ipsum nobis impetres, & obtineas, ut plenitudo gratiæ, quam meruisti, in nobis sic operetur, quo participium beati præmii nobis ejus misericorditer quandoque condonetur. Ad hoc quippe Deus noster, per Te factus est frater noster: ut quemadmodum ipse dignatus est consors fieri nostræ humanitatis, sic nos mereamur consortes fieri suæ divinitatis. Intende ergo Domina piissima, ut nobis ad effectum proveniat, propter quod Deus noster ex Tuo castissimo utero factus homo, inter homines venit, nec sis quæsumus exoratu difficilis: quia procul dubio, idem benignissimus filius

25. S. Damascenus orat. 1. de Dormit. Deip.
26 S. Bonav. in Psalt. Mar. Psal. 118
27. S. Ansel. de Excel Virg. cap. 12. fol. 249.

filius Tuus Dominus noster JESUS CHRISTUS erit ad concedendum, quidquid voles, promptissimus, & exaudibilis. Tantummodo itaque velis salutem nostram, & verè nequaquam salvi esse non poterimus. Quid igitur stringet larga misericordiæ Tuæ viscera Domina contra nos, ut nolis salvari nos? Certè Deus noster (teste propheta) misericordia nostra est, & Tu ejusdem Domini nostri absque dubio vera Mater es. Si Tu ergo, quæ Dei Mater es; & eò revera Misericordiæ Mater & gratiæ, denegas nobis effectum misericordiæ, cujus tam mirabiliter facta es Mater: quid faciemus cùm idem Filius Tuus advenerit, cunctos æquo judicaturus judicio? siquidem, licet ipse filius Tuus sit per Te factus frater noster, ubi voluntatem Tuam suæ videlicet dilectissimæ Matris magis porrectam adverterit, illic servata æquitatis ratione, à qua Te nullatenus discrepare videbit, judicii sui sententiam, sive ad misericordiam inflectendo, seu ad justitiam intendendo promulgabit. Subveni ergo nobis Domina piissima, & non considerata peccatorum nostrorum multitudine, velle Tuum ad miserendum nobis inflecte. Cogita quæso & recogita apud Te, quia non ad damnandum, sed ad salvandum peccatores, Conditor noster ex Te factus est homo. Cur itaque non juvabis nos peccatores, quando propter nos in tantam celsitudinem es levata, ut Te Domina habeat & veneretur omnis pariter creatura? An ideo utrum pereamus, amplius non curabis? quia quidquid de nobis miseris ultra eveniat, gloriæ Tuæ jactura nulla inde proveniet? Et quòd quidem bona Domina fortassis aliquo modo dici posset, si pro Tui solius exaltatione & utilitate Mater Dei facta fuisses, sed utique Deus qui hominem assumpsit ex Tua castissima carne, hoc fecit pro Tua, & nostri omnium salute. Si ergo Tu quæ plena es salute, es potita, non intendis ut eadem salus pro modulo nostro etiam ad

nos usque pertingat: jam Tuorum sufficiens commodorum, nostrorum negligens esse videberis; & quæ pro totius mundi salvatione meruisti fieri Mater altissimi, cùm nos postposueris, quos obvolvit finis sæculi, quid quæso proderit nobis Tua gloriosa & felix exaltatio; & quid inde habemus, dulcis & affectuosa exultatio? *Ut* ergo Filium Tuum totius Mundi Salvatorem, & Te ejus reconciliatricem esse veraciter sentiamus, eò nos propensiore studio juva, precamur, & fove, quo in fæcibus mundi natos & alitos potiori levamine prospicis indigere. Ab initio denique renovationis humanæ omnibus sub Tuum præsidium confugientibus huc usque succurristi, & idcirco præ omni creatura, omni laude dignissima dici & esse

28. S. Bern. sup. sign. Magn. apoc. 12.

meruisti. Jam 28. Te Mater misericordiæ, per ipsum sincerissimæ Tuæ mentis affectum, Tuis jacens provoluta pedibus luna, mediatricem sibi apud solem justitiæ constitutam, devotis supplicationibus interpellat, ut in lumine Tuo videat lumen, & solis gratiam Tuo mereamur obtentu, quam verè amavit præ omnibus, & ornavit stolâ gloriæ induens, & coronam pulcritudinis ponens in capite Tuo. Plena es gratiarum, plena rore cælesti, innixa super dilectum, delitiis affluens. Loquere 29. Domina, quia audit Filius Tuus; & quæcunque petieris, impetrabis: invoca bonum nomen ejus super nos, ut curemur à vetusta lepra carnis & spiritûs. Te Domina exorante, omne jugum nostrum computrescat à facie olei divinæ misericordiæ; renovetur ut aquilæ juventus nostra, ut novi nova voce novum canticum novis civibus aggregati, illic, ubi nova sunt omnia, jubilum sempiternum celebrantes in cymbalis jubilationis concinamus SALVE REGINA MATER MISERICORDIÆ, VITA, DULCEDO, ET SPES NOSTRA SALVE. Tollatur hæc crassa nebula ab oculis, ut revelata facie gloriam Domini speculantes, in immensum illud pelagus divini luminis

29. S. Bern. deprec. ad Deip. fol. 271.

minis absorbeamur. Eia 30. succurre oramus, & JESUM 31. BENEDICTUM fructum ventris Tui, nobis post hoc exilium ostende benignum; redde nobis propitium benedictum fructum ventris Tui, ut Spiritus sancti gratia repleamur. Placatum 33. tunc & serenissimum nobis ostende gloriosum fructum ventris tui, 34. ut ipsum videndo, ipsum habeamus: ipsum habendo, ipso perfruamur, O clemens indigentibus! O pia exorantibus! O dulcis diligentibus! O clemens pœnitentibus! O pia proficientibus. O dulcis contemplantibus! O clemens laborando! O pia largiendo! O dulcis Te donando! O clemens consolando! O pia blandiendo! O dulcis osculando! O clemens effectu! O pia in affatu! O clemens in conceptu! pia in aspectu, dulcis in amplexu, dulcis in amore rectis, clemens in subjectis, pia in correctis, dulcis in dilectis: O clemens! O pia! O dulcis MARIA.

30. S. Ansel. de Excell. Virg. c. 12.
31. S. Bonav. part. 3. tom. 7. medit. sup. Salve cap. 19 fol. 233.
32. Idem Ps. Mar. 131.
33. Idem Ps. 128.
34. S. Bonav. medit. sup. Salv. fol. 233 Et S. Bern. orat. devot. sup. Salve fol 1747.

O MARIA! GAUDIUM ORBIS UNIVERSI, ET LÆTITIA GENERIS HUMANI! *Pauper a. & inops laudabat nomen Tuum!* Sed quis ego b. sum, qui me Tibi cecinisse laudes dicam? Nempe, *inops & pauper sum ego, Tu tamen inclinâsti aurem Tuam, & exaudisti me. Tu c. nosti mentem meam in hoc esse, quòd me omninò indignum judico de Te loqui, aut aliquid scribere:* quoniam *nullus d. humanus sermo in laude MARIAE invenitur idoneus, de qua Mediator Dei & hominum cognoscitur incarnatus. Impar est illi omne humanæ linguæ præconium, quæ de intemeratæ carnis suæ visceribus cibum protulit:* quin e. *etiam animus excelsior Mundo in Tua laude vertiginem sentit:* Hinc sanctus Hieronymus tanquam Virginis altitudinem & sublimitatem

a. Psal. 73.
b. Psal. 85.
c. S. Anselm. de Excell. Virg. cap. 2.
d. S. Petr. Damian. serm. in Nativ. B. V. M.
e. S. Damasc. in Menæis Græc. Patr.

f. S. Hieron. in serm. de Assumpt. B V.M.

tem considerans ait: *Quid nos tantilli, quid f. actione pusilli, quid in ejus laudibus referamus, cùm, etiamsi omnium nostrum membra verterentur in linguas, eam laudare sufficeret nullus. Altior enim cælo est, de qua loquimur: abysso profundior, cui laudes dicere conamur. Si Cælum*, inquit, *Te vocem, altior es: Si Matrem gentium, præcedis: Si formam Dei Te appellem, digna existis: Si Dominam Angelorum, prima esse probaris: quid ergo de Te dicam? Quæ g. poterit lingua*, ait Clarevallensis Præsul, *etiamsi Angelica sit, dignis extollere laudibus Virginem Matrem, Matrem autem, non cujuscunque, sed Dei? Si linguæ h. centum resonarent, oráque centum, ferrea vox mihi, MARIA, nil dignum Tibi dicere possum, Stella maris, quæ Virgo beata vocaris. O quam Te memorem Virgo! quibus laudibus efferam? Infantissima lingua mea, quæ coinquinata est cum mortuis, incircumcisa labiis, nec purgata igne altaris: inquietum malum, habens in naribus spiritum, rimis effluens undique, quid dignum laudibus Tuis poterit immolare? Elevata est magnificentia Tua super cælos, & super omnem terram gloria Tua: ita ut nec in cælo inveniatur creatura, quæ Tuam dignè laudare queat magnificentiam, nec in terra sit, quæ gloriam tuam exprimere valeat. Nemo enim nec in cælo, nec in terra inventus est dignus aperire librum prærogativarum Tuarum, & dignè solvere septem signacula ejus. Plenitudinem gratiæ, adventum Spiritus sancti in Te, Virtutis Altissimi obumbrationem, Verbi conceptionem, quòd sine gravamine gravida, sine dolore puerpera, Virgo pariter & fæcunda, quis enarrabit? Viri divitiarum multi, de civitate Domini virtutum, miserunt manus suas ad hæc fortia, & tamen altitudinem divitiarum harum, ad liquidum comprehendere non potuerunt, quia investigabiles viæ istæ, & inscrutabilia universa. Conati sunt, & non datum est ultrà. Dum adhuc ordirentur, succisi sunt,*

g. S. Bernard. serm. 4. de Assumpt. B. V.M.

h. Idem serm 2. sup. Salve Reg.

ſunt. Quis enim loquetur potentias Dominæ, auditas faciet omnes laudes ejus? Etſi dignè nullus? quis tamen pro viribus? certè nemo: Totus in MARIÆ canendas laudes intentus Mariophilus Anſelmus, *i.* cùm multa ſingularis amoris plena diſertiſſimè dixiſſet, tandem ait: *Quid amplius dicere poſſum Domina? Immenſitatem quippe gratiæ & gloriæ, & felicitatis Tuæ conſiderare cupienti, ſenſus deficit, lingua fatiſcit. Quemadmodum enim omnia quæ in cælo ſunt, per glorificationem tuam inæſtimabiliter decorantur; ita & per eandem glorificationem, cuncta quæ in terra ſubſiſtunt, ineffabiliter ſublimantur.* Nam *per k. Te*, ait S. Cyrillus, *Trinitas ſanctificatur, per Te crux pretioſa celebratur, & adoratur, in toto Orbe terrarum. Per Te exultat cælum, lætantur Angeli, & Archangeli, fugantur dæmones, & homo ipſe ad cælum revocatur. Per Te omnis creatura idolorum errore detenta, converſa eſt ad agnitionem veritatis, & fideles homines ad ſanctum baptiſma pervenerunt, atque in toto orbe terrarum conſtructæ ſunt Eccleſiæ. Te adjutrice gentes veniunt ad pœnitentiam. Quid plura? Per Te Unigenitus Dei Filius, vera illa lux effulſit ſedentibus in tenebris, & in umbra mortis. Per Te Prophetæ prænunciârunt: Per Te Apoſtoli ſalutem gentibus prædicârunt: Quis nam poterit tuarum laudum præconia explicare, MARIA Mater & Virgo?* Hæc perpendens eruditus, & Deiparæ devotus quidam ſcriptor in hæc verba diſſerit. *Tot l. ſunt MARIAE perfectiones, ut ſi nos effingeremus Deum creare alterum Mundum, huic conſimilem, qui milio repleretur: & in hoc, quo ſumus, non eſſent niſi cardueles & aves, quarum pennæ efficerentur, quæ nihil aliud canerent, quàm glorioſæ Virginis laudes, cantibus variis: ita, quod ante cecinerint, amplius repetere non poſſent; eæque aves non come-*

i S. Anſelm. lib. de Excell. Virg. cap. 8. circa finem.

k. Cyrill. Ep. Alexandr. homil. contra Neſtoriū.

l. Paulus de Heredia in Tract. de concept. V. M.

U me-

mederent nisi granum milij triginta millibus annis, priùs milium absumeretur, quàm laudes Virginis gloriosæ finem consequi possent, cùm sint infinitæ. Huic *m.* consentit Abbas Franco, inquiens: *Generatio præterit, & generatio advenit: Laus autem MARIAE, nulla unquam generatione defecit. Laus MARIAE fons est indeficiens, qui quantò longiùs extenditur, tantò ampliùs impletur: & quantò ampliùs impletur, tantò latiùs dilatatur.* Expertus hoc sanctus Casimirus Poloniæ decus & gloria, MARIÆ devotissimus panegyrista, cum parthenio plenus amore, in ejus laudes canendas sese excitans insonaret, *Omni n. die dic MARIAE mea laudes anima, ejus festa, ejus gesta cole devotissima. Lingva mea dic trophæa Virgini puerperæ. Sinè fine dic Reginæ Mundi, laudum cantica &c.* Ac tandem videns immensitatem encomiorum ejus, ait: *Nullus certè tam disertæ exstat eloquentiæ, qui condignos promat hymnos ejus excellentiæ. Nullus fingat quod attingat ejus celsitudinem. Tanta est,* ut de ea S. Petrus Damianus dicat: *Quidquid o. de Te à mortali homine dicitur, celsitudini Tuæ mentis non æquatur: quam enim excellens gratia super Angelos elevat, ad ejus dignè efferenda præconia humana fragilitas non adspirat.* Habuit gloriosissima Virgo à primo reparatæ Salutis exordio, in hæc usque tempora, suos in Ecclesia, eosque sanctitate sapientia, eruditione & omni virtutum apparatu ornatos & eximios panegyristas; habuit zelosissimos præcones; habuit calamo & linguâ disertissimos Oratores; quos inter ad orientalem plagam in Syria, sanctissimum Virum Ephræmum, in laudes Virginis, & gloriam ejus solertissimum Encomiasten numerat & commendat. Quanta non S. Basilius & Nazianzenus in Cappadocia in ejus cultum & honorem concinnavit? Quanta S. Chrysostomus in Antiochia? Quanta S. Metho-

m. Franco Abb. Affligimensis lib. 7. de Gratia Dei

n. S. Casimir. in Hymn. Maria.

o. S. Petr. Damian. serm. 3: de Nat. B. V. M.

thodius in Lycia? quanta S. Gregorius Thaumaturgus in Ponto? S. Joannes Damascenus in Arabia? Esychius Presbyter, & insignis Patriarcha Sophronius in Palestina? Epiphanius in Cypro? Cyrillus & Athanasius in Ægypto? Germanus & Proculus Episcopi sanctissimi, Constantinopoli & in Thracia? Hieronymus in Dalmatia? Rupertus Abbas, & Albertus Magnus in Germania? Anselmus & Beda in Anglia? Irenæus & Dionysius, nec non mellifluus Bernardus in Gallia? Ildephonsus in Hispania? Cyprianus & Augustinus in Africa? Angelicus Thomas, & Seraphicus Bonaventura in Italia? Quid memorem innumeros pœnè nostræ ætatis doctissimos, celeberrimósque viros, in laudes Virginis copiosos & ad miraculum facundos, qui postquam ex affectu, arte & ingenio dixissent omnia, nihil, in comparatione eorum quæ supersunt, se dixisse fatentur, & coguntur illud S. Petri Damiani seu effatum, seu veritatem iterare & dicere, *quidquid de Te,* O MARIA, *à mortali homine dicitur, celsitudini Tuæ mentis non æquatur: quam enim excellens gratia super Angelos elevat, ad ejus dignè efferenda præconia humana fragilitas non aspirat.* Et quî aspiret? cùm in laudes Virginis disertissimus Præsul Claræuallensis in contemplatione tantæ majestatis & gloriæ, omnem fæcunditatem obmutescere, eloquentiam fatiscere, ingegenium hebescere & obtundi fateatur inquiens: *De ejus gloria, nec dignum aliquid sterilis concipere cogitatio, aut inerudita potest locutio parturire. Hinc est, quòd & ipsi cælestis Curiæ Principes in consideratione tantæ novitatis* (addam ego Majestatis) *clamant non sine admiratione: quæ est ista quæ ascendit de deserto delitiis affluens? ac si manifestiùs dicant: quanta est hæc, & unde ei ascendenti utique de deserto affluentia tanta delitiarum?* Et paulò post perpendens incomprehensibile privilegium Materni-

S. Damasc. ut sup.

S. Bernard. serm. 4. de Assumpt. B. V. M.

Idem Ibidem circa mediũ.

nitatis, inquit, *fateor imperitiam meam: pusillanimitatem propriam non abscondo: non est equidem quod me magis delectet, sed nec est, quod terreat magis, quàm de gloria Virginis MARIAE habere sermonem. Ut enim sileam interim ineffabile privilegium meritorum, & prærogativam penitus singularem, tanto eam devotionis affectu amplectuntur, honorant, & suscipiunt (ut dignum est) universi, ut licet de ea loqui gestiant omnes, tamen quidquid dicitur de indicibili, eò ipsò quòd dici potuerit, minùs gratum sit, minùs placeat, minùs acceptetur. Quidni minùs sapiat, quidquid de incomprehensibili gloria comprehendere potuerit mens humana?* Et licet omnia gratiarum divinarum dona MARIÆ collata in laudis materiam ducas, quæcumque tandem illa sint, non æquabunt incomprehensibilem illam dignitatem, quâ Mater Dei dicitur & honoratur. *Fæcunditas Virginea, seu fæcunda Virginitas MARIAE privilegium est singulare; sed etiam indicibile invenitur, ut nemo assequi possit, sic nec eloqui quidem.* Unde dilectissimus Virginis Cliens & Cultor Anselmus, hanc Virginis Matris dignitatem, miraculum miraculorum, incomprehensibile & ineffabile mysterium, nobis contemplandum proponit, inquiens. *Hic se suberigat intentio mentis humanæ, & pro posse paucis intendat: intendat & contempletur, videat & admiretur Unum filium sibi consubstantialem, coæternum, omnipotentem ex sua natura sine initio Deus Pater genuit, & per eum omnes creaturas visibiles & invisibiles ex nihilo fecit. Hunc igitur sibi, tam Unicum quàm dilectissimum, & in omnibus omninò æqualem, non passus est remanere solummodo suum, sed eundem ipsum, voluit in rei veritate esse Beatæ MARIAE Unicum, & dilectissimum, & naturalem filium, nec ita, ut duo essent, Unus videlicet filius suus, alius filius Sanctæ MARIAE Virginis, sed unus idem*

Idem ut sup.

S. Anselm. de Excell. Virg cap. 3.

idem ipse qui Filius Dei in una Persona esset Filius sanctæ MARIAE Virginis , & qui Filius sanctæ MARIAE , Unus & idem ipse esset in Una Persona Filius Dei. Quis hæc audiens non obstupescet, & quòd Deus tale quid velle potuerit , non ultra omne quod dici potest admirabile ducat ? Puella de propagine Adam nata, de peccatrice progenie orta, subitò versa vice, maledictionis Evæ, benedicta prædicatur super omnes mulieres, & concipit & parturit, & parit hominum Deum, omnes prævaricationes propulsaturum, eósque, qui sibi obtemperarent, in cælesti regno suo, sibi cohæredes constiturum. Quis talia fando explicet , & tantum verbis satis æquet honorem ? Cogor certè, iterum, iterúmque illud melliflui doctoris repetere effatum : *Quæ jam poterit lingua, etiamsi Angelica sit, dignis extollere laudibus Virginem, Matrem, Matrem autem non cujuscumque, sed Dei.* Quare genibus tuis supplex , & sanctissimis pedibus advolutus , demùm cum sancto Augustino te humillimè deprecor, & appello : *O Beata MARIA, quis Tibi dignè valeat jura gratiarum, ac laudum præconia rependere , quæ singulari Tuo assensu Mundo succurristi perdito ? Quas Tibi laudes fragilitas humani generis persolvat, quæ solo Tuo commercio recuperandi aditum invenit ? Accipe itaque quascumque exiles , quascunque meritis Tuis impares gratiarum actiones : & cùm susceperis vota , culpas nostras orando excusa. Admitte nostras preces intra sacrarium exauditionis, & reporta nobis antidotum reconciliationis. Sit per Te excusabile , quod per Te ingerimus : fiat impetrabile , quod fida mente poscimus. Accipe quod offerimus , redona quod rogamus , excusa quod timemus : quia Tu es spes unica peccatorum. Per Te speramus veniam delictorum , & in Te beatissima nostrorum est exspectatio præmiorum. Sancta MARIA succurre miseris, juva pu-*


S. Bernard. ut sup.

S. Augustin. serm. 18. de sanctis in medio.

puſillanimes, refove flebiles, ora pro populo, interveni pro Clero, intercede pro devoto fæmineo ſexu: ſentiant omnes Tuum juvamen, quicunque celebrant tuam ſanctam Conceptionem, Navitatem, ſalutationem Angelicam, parthenium Partum, cum filio Tuo Paſſionem, compaſſionem, dolores, Martyrium, poſt glorioſam Filii Tui Reſurrectionem, gaudia, ac tandem glorioſam, è terris, in cælos Aſſumptionem: *& per Te Regina clemens, gratiæ ſuæ munera largiatur JESUS CHRISTUS Filius Tuus Dominus noſter, qui eſt ſuper omnia Deus benedictus in ſæcula.*

S. Bernard. ſerm. 4. de Aſſumpt. B. V.M.

ΠΑΡΑ-


MR
Ad Te
Cadent a latere tuo mille
et decem millia a dextris tuis
MARIA Arbor propter virorem Virginitatis, humorem gratiæ, medullam pietatis, folia Sacrorum verborum, frondes bonorum operum, flores Sanctorum desideriorum, fructum Vnigeniti Dei, umbram protectionis, refrigerium illorum qui male æstuant, radium humilitatis, fidei et charitatis, celsitudinem Spei, et eminentiam contemplationis
Richard à S. Laurentio de laud. Virg. lib. 12.

D

ΠΑΡΑΤΗΡΗΣΙΣ

Sive

Observatio & Animadversio

In

LAURUM MARIANAM

De Lauro Arbore
JOACHIMUS CAMERARIUS, Med. CL.
Symbolorum Et Emblematum Centuria I.
Emblemate XXVII.

LEMMA

UNDIQVE TUTUS

Gallus amans Lauri, vigili solem ore salutat,
Sic à cælesti mens pia pendet ope.

GAllus Gallinaceus, ales vigilantissimus, secundùm Lucretium *Auroram clara consuetus voce vocare*, ad Laurum dicitur libenter advolare, ibique consistere, quòd ea arbor (uti veteres crediderunt) à fulminis vi immunis esse existimetur, solémque intuens liber, & absque solicitudine, & insultu aliarum avium cantando, sese eo in loco oblectare. Ad eundem modum Pii continentur, & ubique divinæ Protectioni sese commendantes, & in unicam Dei æterni Providentiam & auxilium intenti, vigilanter & alacriter munere suo ac officio fungi, nec rerum adversarum impetus, quantumvis horrendos extimescere debent.

RI-

RICHARDUS à S. LAURENTIO
de laudib. B. V. M. lib. 12.

LAurus quæ dicitur à verbo laudis, quia antiquitùs ex ea cum laudibus Victorum capita coronabantur: MARIA enim Propugnatorem nostrum ad salvandum, scilicet Filium Dei, coronavit in Incarnatione, diademate gloriæ carnis Cantic 3. Egredimini Filiæ Sion, & videte Regem Salomonem in diademate, quo coronavit eum Mater sua: nec solummodo Christum coronavit, imò & ipsa corona nostra est: unde & dicitur ei: Isa. 62. Eris corona gloriæ in manu Domini, & diadema regni in manu Dei tui. Sed ad hoc legitimè certandum est & pugnandum, quia non coronabitur nisi legitimè certaverit.

JOACHIMUS CAMERARIUS
ibid. Emblem. XXXV.

LEMMA.
INTACTA VIRTUS.

Sic illæsa malis constat pulcerrima Virtus,
Laurus ut est diris integra fulminibus.

LAurum custodiæ quoque ac incolumitatis esse symbolum ex Proclo tradit Pierius. Unde apud veteres tutelæ causà, sata prope ædes, vel illis affixa fuit: quod etiam Ovidius testatur cùm dicit: *Postibus augustis eadem fidissima Custos.* Eámque insuper non lædi à fulmine, Plinio etiam adstipulante, Vetustas credidit. Unde Tiberius Imperator Romanus, tempestates & coruscationes nimiùm expavescens, cælo turbido lauream sibi solitus est imponere. Herodianus quoque scribit, lib. 1. in maxima peste, consulentibus Medicis Commodum Impera-

peratorem, ob copiam arborum iſtarum in locum, cui nomen Lauretum, ſeceſſiſſe, quòd beneficio harum arborum, ſe à contagio immunem fore ſperaret.

ΥΠΟΘΕΣΙΣ

LEMMA.

Undique Virginea tutus in umbra.

Martius ùt Lauri tutus ſedet ales in Umbra,
Laurea ſic Tutum Virginis Umbra tegit.

QVisquis Deiparam Virginem, cum Richardo à S. Laurentio, arbori Lauro contulerit, næ ille magnum in ejus gloriam encomium adjecerit; ſiquidem MARIA illa Laurus eſt, primævi fulminis, in prævaricatores Protoparentes noſtros, & totum genus humanum ob culpæ reatum, vibrati, libera & immunis, quam Spiritus ſanctus in ſacris litteris ſub Alitis nomine ſæpiùs præſignatus, & in columbæ ſpecie viſus, inſedit, &, ut ait S. Anſelmus *Spiritus ſanctus ſuper eam venit, & virtus Altiſſimi obumbravit ei, & de eodem Spiritu ſancto concepit*, & peperit eum *qui eſt Oriens lucis æternæ, & ſol Juſtitiæ, qui venit & illuminavit ſedentes in tenebris.* Umbram eſſe Solis Filiam, & Lucis comitem individuam, quæ Præambulonem ſuum ſequitur quocunque ïerit, nemo eſt, qui neſcit. Verùm ne tenebras & Umbram inter ſe nihil differre quiſpiam autumet, Petrum Berchorium, in Repertorio, Tit: Umbra, diſerentem accipiat. *Umbra*, inquit, & *tenebræ differunt: quia Umbra requirit luminis præſentiam, ſuper aliquod corpus opacum cadentem. Tenebræ verò dicunt totalem luminis carentiam, aërem penitùs occupantem. Quare Umbra, quantùm*

S. Anſelmus homil. ſup. cap. 4. Luc. Intravit JEſus in quoddam Caſtell. Antiphon. Eccl. in feriis Domin. 3. Advent.

Petr. Berchorius in Repertorio tit. Umbra.

ad suam similitudinariam apparentiam , & quantùm ad suam virtutem & efficaciam, multa signat in scriptura: Ac inter cætera divinam Protectionem significat: Deus enim dicitur habere umbram , id est potentiam & virtutem. Umbra enim ex corpore resultat, & ultra corpus se extendit, & sæpè accidit, quòd umbra videtur, dato quòd corpus minimè videatur. Sic Deus umbram suæ gratiæ & potentiæ longè, latéque diffundit, & quamvis persona non appareat, umbra tamen & resultatio suæ potentiæ, & bonitatis & clementiæ omnibus innotescit. Sub ista

Psal. 16. *umbra petebat reponi David, & à tribulationibus & tentationibus protegi & tueri dicens, sub umbra alarum tuarum protege me. Et. In umbra alarum tuarum sperabo. Sed & supernam absconsionem & divinam incarnationem significat. Caro enim & Humanitas umbra sunt, in qua*

Luc. 1. *Deus fuit absconditus , quando fuit in ventre matris incarnatus , & ideò ejus incarnatio obumbratio dicitur, sicut etiam Angelus testatur, Spiritus sanctus superveniet in te, & Virtus altissimi obumbrabit tibi. Ut sic de Deo*

Job. 27. *Patre dicat ipse Christus illud Isaiæ 49. Dominus ab utero vocavit me: sequitur: sub umbra manus suæ abscondit me &c. quasi custos fecit umbraculum.* Habet & Mariana laurus Umbram suam , habet *Umbraculum* teste

Idiota de B. V.M. part 8. contempl. 1. doctissimo Idiota , *quod Ecclesiæ præparavit Umbra refrigerans, quâ virtus altissimi, obumbravit Mariæ, & per carnem ex ea assumptam. Est Maria Umbraculum*

Erneft. Pragenf. in Mariali cap. 102 *confugientes ad se cum vero corde abscondens gloriosè & protegens, & securas faciens ab æstu libidinis, & à turbine*

Richard à S. Laur. de laud. B. V. M. lib. 2. *superbiæ, & à pluvia avaritiæ. Est Umbraculum meridiani, id est refugium contra æstum persecutionis urentis & ferventis, sicut sol in meridie urit & fervet, contra incentiva libidinis. Est Umbraculum infirmorum, refrigerans umbra misericordiæ, quas reverberat sol radiis Ju-*

Albert. Mag. sup. Missus cap. 160. *stitiæ. Est umbraculum peccatoris pœnitentis, eidem ponens*

nens umbram ſuam, quaſi noctem in meridie, ut habitent apud eam fugitivi, & Dei timentes ſententiam Judicis. Atque hinc, aſſerente Idiota, *refugium tutiſſimum peccatorum, à qua nullus, quantumvis magnus peccator deſpicitur, nullus repulſam patitur, niſi ex voluntaria malitia eam deſerat & fugiat. Ommnes peccatores ad ſe redeuntes manu pia recipit, nec moram in hoc facit, nec dilationem concedit, ſed ſinum miſericordiæ ſuæ aperit omnibus, omnibus exaudibilem aurem præbet.* Eſt nempe Laurus *frondoſa* MARIA, *Arbor pulcerrima ſub qua refrigerari poſſumus ab incendio vitiorum, quæ animam noſtram urunt, & inducunt ad Gehennam perpetuam.* Eſt Laurus & *Arbor ad cujus umbram ſi quis confugiat, per diem ſol non uret eum, neque luna per noctem.* Eſt laurus & *arbor, cujus umbra privilegium gratiæ ſingularis, quod ei contulit obumbrans ipſi Altiſſimi Virtus, & plenitudine gratiæ cumulans mentem, & partu divino gravidans ventrem.* Eſt *Arbor ramoſa & frondoſa, cujus pulcritudo delectabilis ad intuendum, umbra deſiderabilis ad quieſcendum, fructus expetibilis ad edendum.* Eſt *Arbor Umbroſa univerſam occultans rationalem naturam, & omnem intelligibilem ſublimitatem transgrediens, ex qua agricola ipſe arcano modo, tanquam ex umbroſo monte apparuit, & figuras in Veritatis quietem ceſſare fecit, cujus fructus cum acceptus fuerit, immortalitatis eſca evadit.* Sub præſidio Umbræ hujus, hilaris exultat, ſacróque plenus gaudio, ejusdem maternam protectionem, ſuper omnia, quæ mentem humanam in hac vita beare posſunt, extollit & commendat, & quaſi ſui ſecurus ſanctus Bonaventura gloriatur, inquiens: *Nunc habitamus in adjutorio Matris Altiſſimi, in protectione ipſius commoramur, tanquam ſub umbra alarum ejus: & poſtmodum in conſortio gloriæ ipſius, tanquam in ſinu ipſius confovebimur. Tunc erit vox una lætantium & aggratulantium*

Erneſt. Prag. in Mariali cap. 39.

Idiota de B. V. M. part. 14. contempt 49.

Adam de Perſ. ſerm. in Annunc. de B. V. M.

Idem. Ibid.

Richard. à S. Laur: de Laud. Virg. lib. 12.

Jacob: Monach. in Mariali cap. 6.

S. Bonavent. ſerm. 1. de Aſſumpt. B. V. M.

Matri; sicut lætantium omnium nostrum habitatio est in te, sancta Dei Genitrix. Nullatenus autem credideris majoris esse felicitatis & gloriæ habitare in sinu Abrahæ, quam in sinu MARIAE, quum thronum suum in ea posuerit Rex Israël.

L E M M A.

Intacta semper Virgo.

Ut feriunt nullam, neque lædunt fulmina laurum,
Sic VIRGO â culpæ fulmine, salva fuit.

INcorruptam Lauri innocentiam, magno Numinis privilegio, à fulminis afflatu & jactu semper securam, semper integram, semper intaminatam, commendant Physiologi & Historiographi: Immaculatam ab omni culpæ Originalis labe Conceptionem & nullo venenati Serpentis afflatu affectam Virginis Innocentiam, plurima sanctorum Patrum testimonia, quos per singula sæcula, de Immaculata Deiparæ conceptione, quàm optime sensisse demonstrant Franciscus Suarez, Ferdinandus Salazar, & Benedictus Justinianus. Nec dissentit scriptura sacra per varios in hujus mysterii typos; quos expendit & approbat, magnus alioqui, in rebus sacris, tum profanis censurandis *CATO, Theophilus Raynaudus in Dyphtichis Marianis.* Sed & habet ejusdem mysterii sanctitas patrocinantem authoritatem *Concilij Tridentini*, Decreto de peccato Originali, apertè delarantis: non esse suæ intentionis comprehendere hoc *Decreto*, *ubi de peccato agitur*, *Beatam & immaculatam Dei Genitricem Virginem MARIAM.* Quin & Constitutiones *summorum Pontificum Pauli V & Gregorij XV.* pro magnæ Matris innocentia militant: qui etsi contrariam sententiam erroris in fide nondum condemnârint, eidem tamen interea ita arctos limites circumscripserunt, *ut neque ad sacrum pulpitum in templis*, *neque ad Magistralem suggestum in Scho-*

Fran. Suarez Tom. 2. in 3. p. d. 3. 5. 6. Ferd. Salazar. lib. 6 de concept. cap 42 Bene. Justin. in 1. Joann cap. 1. apud P. Max. Reichenberger Vindic Marian. Animadver. 7.

Scholis, aut alia quacumque ratione, citra periculum gravissimæ censuræ, *in publicum prodire audeat : imò*, *quod multo arctius est, nec ad privatum cum altero colloquium admitti possit*. Habere quoque sibi adhærentem authoritatem *Sedis Apostolicæ*, apertè declarantis, palàm est, sententiam, quæ *Immaculatæ Virginis Conceptioni* adstipulatur, non esse ulla censura dignam , & graviter reprehendentis illos, qui eam percellere ausi fuerint; collaudantis etiam cultum *Dei & B. Virginis*, ex ea sententia exhibitum, & ad eum exhibendum, quà solemnis Festi Institutione, quà Officii peculiaris recitatione , quà Indulgentiarum largitione, *Fideles* omnes invitantis. Prout videre est in duplici de hac re Decreto SIXTI IV. confirmato per *Tridentinam Synodum*. Accedunt supremi *Ecclesiæ Pastores Alexander VI. Julius II. Leo X.* qui Religionem Institutam in honorem Immaculatæ Conceptionis Deiparæ, non solùm approbarunt, verùm etiam multis privilegiis (ut videre est in Compendio Mendicant: VII.) exornarunt; plurimùm quoque suffragari Constitutionem *Alexandri VII.* in confesso est. Favisse etiam jam pridem unanimem consensum *Concilij Basileensis*, docentis hanc sententiam esse *PIAM & FIDEI & SCRIPTURAE CONSONAM*, vetantísque docere contrarium: In hanc integerrimam Virginis innocentiam conspiravêre (interposita etiam juris jurandi religione) & ad hanc pro viribus tuendam & defendendam, summi quoque Imperatores, Reges, Principes: celeberrimi diversarum *Religionum Ordines* : pleræque Orbis Universitates, & totus pœnè *Populus Catholicus* : quàm diu aliter à sede Apostolica statutum & definitum non fuerit. Enimverò eundem SS. PP. (ut suprà memini) sensum fuisse, præter alias confirmat S. Joan. Damascenus sic Immaculatam alloquens Virginem. *O Deo digna Filia, Primigeniæ Matris correctio, Paradisus in*

Vide plura apud. P. Canisium de Maria Virg. tom. 2. lib. 1. cap. 6. mihi, fol. 39. & c. 9. fol. 63. &

 quo

lib. 1. c. 6. fol. 40. 41. & c. 10. fol. 69. S. Joan. Damasc. orat. 2. de Dormit. B. V. M. Origenes homil. 1. in diversis. Amadæus in apocal. raptu. 8.

quo condemnatio abrogata, ad quem serpens aditum non habuit. Huic correspondet Origenes Adamantius: *O MARIA, Christianorum Mater immaculata, Mater incorrupta, Mater intacta.* Neque minori affectu intemeratam hujus Virginis ab omni labe puritatem prosequitur, dilectus Cultor & scriptor illius, Amadæus, inquiens *O MARIA, quàm felix es, & fortunata, quæ initio & ante sæcula, & in initio viarum Dei ab ipso electa fuisti, & Adæ peccato prævisio, non fuisti cum omnibus aliis condemnata, sed voluit Deus, ut merita Filij Tui Tibi super omnes prodessent, Teque pro minimo momento noluit inimicam, sed semper pro charissima amica.* Neque mirùm:

S. Anselm. lib. de Conceptu Virg. cap. 18.

Decebat enim ait, Anglicus Doctor, *ut Christi Conceptio de Matre purissima fieret. Nempè decens erat, ut ea puritate qua major sub Deo nequit intelligi, Virgo illa niteret: Cui Deus Pater Unicum Filium suum, quem de corde suo æqualem sibi genitum, tanquam seipsum diligebat, ita dare disponebat, ut naturaliter esset unus, idémq; communis Dei Patris & Virginis Filius, & quã ipse Filius substantialiter facere sibi Matrem eligebat, & de qua Spiritus sanctus volebat, & operaturus erat, ut conciperetur, & nasceretur ille de quo procedebat.*

Idem de Excellent. Virgin. cap. 9.

Cùm enim de perditi hominis salute, & peccato mortui, recreatione ageretur, *summa Dei sapientia, nullam in massa creationis humanæ, viam invenit, perquam (ut exposuerat) in Mundum veniens, tam luctuosæ perditioni subveniret; donec ad istam, de qua loquimur, Virginem ventum esset. Sed hæc mox, ubi in Mundum per humanæ generationis lineam venit, tanta omnis boni virtute & constantia perfectè resplenduit, ut eam ipsa sapientia Dei verè dignam judicaret, per quam in homine veniens, non modò reatum primorum hominum, sed & totius Mundi peccata deleret, & diabolum sui operis inimicum cum suis elideret, nec non damna cælestis patriæ, illuc hominem deducendo redintegraret.* Fuit hæc electa, non tantùm

ex millibus, sed ex millibus millionum, & Infinitarum creaturarum numero, ad illud admirandum humanæ Redemptionis opus peragendum, quo Mater fieret, ejus per quem facta sunt omnia, in quo creata sunt omnia. Hinc *Missus est Angelus ad Virginem*, ait mellifluus Præsul: *O Admirandum & omni honore dignissimam Virginem! O fæminam singulariter venerandam! super omnes fæminas admirabilem! Parentum Reparatricem, posterorum vivificatricem! Missus est Angelus ad Virginem! Virginem carne, Virginem mente, Virginem professione, Virginem denique mente & corpore sanctam. Nec noviter, nec fortuitò inventam, sed à sæculo electam, ab Altissimo præcognitam, & sibi præparatam, ab Angelis servatam, à Patribus præfiguratam, à Prophetis promissam. Cui, cùm Angelus dicit AVE, salutationem illi cælestem exhibuit; cùm dixit gratiâ plena, ostendit & ex integro iram exclusam primæ sententiæ.* Adeóque ut ait purpuratus Doctor Bonaventura, *quàm purissima fuerit propter culpæ carentiam MARIA, benè insinuatur, cum dicitur: AVE, rectè namque ei dicitur AVE, quæ ab omni væ culpæ immunissima fuit. Sic utique Matrem decuit*, sic conveniebat, ut ab omni væ foret eximia, quæ gaudium & salutem Universo Mundo esset allatura. *Ave: verbum bonum & suave: personemus illud AVE, quo initiata est nostra redemptio, ab æterno væ. Personemus inquam singuli, personemus devotissimè universi, dicentes AVE MARIA. Ave, & ave, & iterum AVE, & millies AVE. MARIÆ, AVE dicitur: Ave, utique absque Væ.* Deinde *quàm plenissima*, ait idem sanctus, *per gratiæ affluentiam fuerit MARIA, benè insinuatur, cùm dicitur, GRATIA PLENA. Et verè plena, & plusquam plena, sicut testatur Anselmus, devotissimè exclamans & dicens: O fæmina plena, & super plena gratiâ, de cujus plenitudinis exundantia respersa, sic reviviscit*

S. Bernard. homil. 2. sup Missus.

S. Fulgent. Ruspens. de laudib. Virg.

S. Bonavent. in spec. lect. 1. salut. Angelic.

Idem: in spec. Marian lect. 3.

Idem in spec. lect. 1.

omnis

omnis creatura. Et iterùm. *Quàm tutissima per divinam præsentiam fuerit MARIA, benè insinuatur, cùm dicitur, DOMINUS TECUM: Meritò Domino præsente, Domino secum existente, MARIA specialiter tutissima est: quia Dominus Pater, Dominus Filius, Dominus Spiritus sanctus sic secum est, quòd ipsa ei specialiter familiarissima est: sicut patet per Beatum Bernardum, qui sic dicit: Nec tantum Dominus Filius tecum, quem carne induis, sed & Dominus Spiritus sanctus, de quo concipis, & Dominus Pater qui genuit quem concipis.* Erat tecum, O MARIA, imò & in Te erat, eras *Habitaculum purum Sapientiæ Patris. Habitaculum sacrosanctum omnium gratiâ virtutum in adventu Filij Dei à Spiritu sancto repletum. Habitaculum immaculatum atque incontaminatum Dei Verbi, quemadmodum ipse sibi complacuit. Habitaculum quod sibi Deus elegit, ad habitandum, in quo nunquam diabolus habitavit. Habitaculum sacratissimum Spiritus sancti, ab initio sui purissimi conceptus ad cultum Dei ordinatum, plus habens in occultis suis, quàm capere possit mens hominis, aut proferre sermone, aut membranis conscribere, aut humana attingere ratione, aut creata percipere intelligentia, in ea, siquidem habitavit omnis plenitudo divinitatis corporaliter, ne dum spiritualiter.* Denique *Habitaculum divinum sanctissimæ Trinitatis*; quo quid purius? quid integrius? quid immaculatius, quod Tanta Majestas, Tanta Sanctitas, Tanta Serenitas dignata est inhabitare? Hinc omnimodam ejus puritatem contemplans Cardinalis Damianus, admirando exclamat: *Tota pulcra es amica mea, & macula non est in Te: Tota pulcra, quia tota Deificata, & macula non est in Te, quia Spiritus sanctus supervenit in Te: Sola Mater & Filia creatoris, nec descendit, nec cecidit: Caro enim ejus ex Adam assumpta, maculas Adæ non admisit.* Ergo

S. Bernard. serm. 3. sup. Missus.

S. Joseph. Hymno: in Mariali.
Hugo de S. Victor. in explicat. cant. B.V.M.
Theodorus Laschus Imperat. in can ad SS. Virg.
Guiliel. Vinc Cælestin. serm. de concep. B.V.M.
Dionysius Fab. Tract. 10. de concept B.V.M.
S. Joan. Damascen. in Paracl. B.V.M.
S. Damian serm. de Annunc.
Idem. serm. de Assum.

Ut feriunt nullam, neque lædunt fulmina laurum,
Sic *VIRGO à culpæ fulmine, salva fuit.*

Laurum custodiæ ac incolumitatis esse symbolum (ut suprà memini) ex Proclo tradit Pierius. *MARIAM custodiæ & incolumitatis* ectypon esse affirmant SS. Patres & Doctores. *Custodia nostra MARIA est*, ait Joan: Damascenus, *in tentationibus, custodia nostra tutissima, custodia servorum suorum. Est Custos vitæ nostræ: est Custos eorum qui gravibus passionum procellis in pelago vitæ assiduè immaniter jactantur. Est Custos*, ait Albertus Mag. *singularis & universalis hominum. Angeli enim custodiunt singulos homines, ipsa verò custodit universaliter singulos, & singulariter universos. Est Custos*, ait Dion: Carthusianus *totius militantis Ecclesiæ à Filio suo adorando constituta, cui decuit plurima revelari, de statu, processu, eventu ejusdem Ecclesiæ militantis, ut ex illorum præcognitione magis procuraret & tueretur bonum illius Ecclesiæ*: Sed & *Incolumitatis* nostræ Operatricem & Salutis ardentissimam amatricem esse luculentissimo testimonio affirmat Ecclesiæ Doctor Sanctus Bonaventura inquiens: *Nulla postea creatura ita per amorem nostrum exardescit, sicut* MARIA, *qui amantissimum Filium suum, & unicum quem plùs seipsâ amavit, nobis dedit, & pro nobis obtulit.* Et iterùm. *Nullo modo dubitandum est, quin virilis* MARIÆ *animus, & ratio illius constantissima voluerit etiam tradere Filium suum pro salute generis humani, ut Mater per omnia esset conformis Patri & Filio. Patri quidem juxta illud Pauli, qui etiam proprio Filio suo non pepercit, sed pro nobis omnibus tradidit illum. Filio verò, juxta alterum ejusdem Apostoli, per Spiritum Sanctum semetipsum obtulit immaculatum Deo. Ut proinde sicuti de Deo Patre dicitur: sic Deus dilexit Mun-*

S. Damasc. in Paracl. B.V.M.

Alb. M. sup. Missus c 191.

Diony. Cart. lib. 2. de laud Virg. artic. 18.

S. Bonavent. serm. 1. de B. V. M.

Idem. in 1. dist. 48. q. 2.

ad Rom. 8.

ad Hebr. 9.

dum & Filium suum unigenitum daret : ita idem non incongruè dici possit de MARIA. Cui doctrinæ subscribens S. Antoninus Archiepiscopus Florentinus, *Virgo inquit, ita divinæ voluntati conformis fuit, & salutis humani generis avida, ut dicere audeam, quòd si nullus fuisset, qui Filium crucifigeret, ad hoc ut sequeretur salus hominum, & adimpleretur Voluntas Dei, si oportuisset, ipsa posuisset in crucem. Neque enim credendum est minoris fuisse perfectionis in obedientia ad Deum, quàm Abraham, qui proprium Filium obtulit Deo in sacrificio propriis manibus occidendum & comburendum.* Sed & Doctissimus Præsul Abulensis in eandem veritatem sic loquitur. *Virgo in tempore Passionis ex charitate magna, quâ eam repleverat Spiritus sanctus, ardenter diligebat salutem humani generis : cùm ergo eum vidit patientem, admirabiliter consolabatur ; quia certissimè videbat factam generis humani Redemptionem.* Hunc expendens salutis nostræ amorem, & simul exoptatissimnm effectum, quo quidquid per Evam deperditum, per MARIAM restitutum est, S. Hypponensium Præsul Augustinus, infit : *Per fæminam mors, per fæminam vita. Per Evam interitus, per MARIAM salus. Illa corrupta sequuta est seductorem, hæc integra peperit Salvatorem. Illa poculum à serpente propinatum libenter accepit, & viro tradidit, ex quo simul mereretur occidi : hæ gratia cælesti desuper infusa vitam protulit, per quam caro posset suscitari.* Et alibi. *Eva inobediens meruit pœnam, MARIA obediendo consecuta est gratiam. Illa gustando prohibitum, maledicta : hæc credens Angelo est benedicta. Illa nobis mortem contulit ; hæc Virgo vitam nobis peperit.* Et alibi. *Eva Mater generis nostri pœnam intulit Mundo: Genitrix Domini Nostri salutem & fæminæ suggessit, & viro : auctrix peccati maledicta, auctrix meriti benedicta :*

S Anton. 4. p. tit. 15. cap. 41. §. 5. apud Max. Reichenberger Vindic. Mar. Animad. 24. mihi fol. 117

Abulen. in c. 9. Deuteron.

S. Augustin. de symb. ad Catech. l. 5. c. 8.

Idem. lib. de quinque Hæresibus c. 6. & serm. 7. in Nat. Domini

Idem lib. de fide ad Petrum.

cta: Illa occidendo obfuit, ista vivificando profuit: percussit illa, at ista sanavit. Pro inobedientia enim inobedientia commutatur, & fides pro perfidia recompensatur. Tum alio loco. *Ibi fœmina decepta est, ut fieret filia diaboli, hîc Virgo gratiâ repleta est, ut fieret MATER summi atq; incommutabilis Unigeniti Dei. Sed* & Epiphanius Augustino antiquior de eadem Virgine incolumitatis nostræ Curatrice, & operatrice, inquit: *Eva mortis causa facta est hominibus, per ipsam enim ingressa est mors in Mundum: MARIA verò causa vitæ, per quam genita est nobis Vita, & per hanc filius Dei accessit in Mundum: & ubi redundavit peccatum, ibi superabundavit & gratia: & unde facta est mors, illinc processit vita, ut vita pro morte fieret.* Et iterum. *Ab Eva omnis hominum generatio genita est in terra: hic verò à* MARIA *hæc vita Mundo genita est, ut viventem gigneret: & facta* MARIA *Mater viventium.* Innumera prætereo in hanc veritatem testimonia. Laurum Plinii sic commendantis, prosequor. *Laurus triumphis propriè dicatur, vel gratissima domibus, Janitrix Cæsarum Pontificúmque, quæ sola domos exornat, & ante limina excubat.* Quis triumphalem MARIÆ gloriam satis explicet? Quis inenarrabilem triumphum de antiquo serpente superato, & caput contrito pro dignitate sufficienter exponat? MARIA *Triumphatrix* ait D. Fulbertus *antiqui serpentis, quod de sua mundissima carne, corporata sapientia, vicit usque quaque malitiam: attingens à fine usque ad finem fortiter, & disponens omnia suaviter.* Quid ni gloriosa Triumphatrix MARIA? *Cui* enim, ait mellifluus Doctor, *ut caput serpentis contereret, hæc servata est victoria nisi* MARIÆ? *Ipsa procul dubio caput contrivit venenatum, quæ omnimodam maligni suggestionem, tam de carnis illecebra, quàm de mentis superbia deduxit ad nihilum.* Hinc illudens victo serpenti & conculcato Ambrosius, quærit: *Quid egi-*

Epiph. contra Antidicomarianit.

Idem contra hæreses lib. 3. cap. 2.

Plinius l. 15. c. 3.

D. Fulbertus Carnoten: serm. 1. de Nat. B. V M.

S. Ambros. orat in funus Theodosij Cæsaris.

egisti diabole? *vicit te* MARIA, *quæ genuit Triumphatorem, quæ sine imminutione Virginitatis edidit eum, qui crucifixus vinceret te, & mortuus subjugaret.* Agnoscis Triumphatricem tuam superbissime serpens? Laureata calcat caput tuum, & triumphans conterit, *ut* elidat. Hinc neque mirùm *Eam gratissimam esse domibus*, quæ ob triumphum gloria & honore coronata, liberalem quocunque ïerit, ubicunque morata fuerit benedictionis suæ gratiam & beneficiorum suorum largitatem explicat, & velut fructus cælestium gratiarum dispensat. Domibus, & omnibus habitantibus in eis, ob singulare Protectionis privilegium gratissima est: *Protegit enim*, ait Richardus, *ab omni adversitate, vel protegit potentiam, quam dedit servis suis ad benè agendum, & ad declinandum à malo. Quia, sicut aït Gregorius, citò bonum perditur, quod à largiente non custoditur: vel protegit eos contra potentiam malignorum spirituum.* An non *gratissima domibus, Protectrix animarum nostrarum; Protectrix vitæ nostræ? Protectrix fervens in præsenti vitæ cursu, hostiles quoscunque impetus à nobis avertens: & in via salutis nos constituens?* An non gratissima *Protectrix Tribulatarum? Protectrix vigilantissima in necessitatibus? Protectrix fidelissima Ecclesiæ Militantis, in quam, tanquam in hortum suum descendit quotidie omnem statum & dispositionem Ecclesiæ considerando, preces pro eo fundendo, dona gratiæ impetrando MARIA?* Est enimverò, est *Protectrix fidelissima omnium eam laudantium:* Atque hinc Seraphicus Doctor summo cultu & veneratione venerandam proponit, & præcipit inquiens: *Ut gloriosam Reginam Domini Nostri Matrem benedictam in summo habeas omni tempore venerationis affectu, & in cunctis necessitatibus, periculis & pressuris, ad eam, tanquam ad tutissimum refugium, te convertas, ipsius tutelæ præsidium flagitando, eamque in Tuam suscipiens Advocatam, de-*

Richard. à S. Laurent. de laud. Virg lib. 2.
S. Greg l. 9. Moral. c. 78.
Anonym. in Menæis Græc. die 16. Martij.
S. Bonavent. in Psalt min. B. V. quinquagena 3.
Albert. Mag. in Postill sup 2. cap. Lucæ.
S Ioseph. Hymno. in Mariali.
Dion. Carth. lib. 3. deprecat. Mariæ art. 5.
Lud. Blosius in Endologia 2. ad B. V M.
S. Bonavent. in lib scripto vigintiquin.

votissimè ac securè tuam causam ei committas, quia MATER est Misericordiæ, quotidie ei studens specialem & singularem reverentiam exhibere. Et ut tua devotio sit ei accepta, & reverentia grata, ipsius puritatem ac munditiam omni virtute, mente & corpore illibatè in teipso servando, toto cononatu nitaris, humilitate & mansuetudine ejus vestigia imitari. Neque fructu, cultus hic MARIANUS suo destituetur, siquidem MARIÆ beneficio, cælorum portæ facilem tibi aditum concessuræ sunt, *cùm*, ut ait Mauritius de Villaprobata, *MARIA sit* (quemadmodum Laurus) *Janitrix cæli felix: Portaria cæli: quia per sua merita nos portat ad cælum, & ad nos reportat dona gratiarum.* Neque tantùm *JANITRIX & PORTARIA PRINCIPUM PONTIFICUMQUE*, sed omnium eam colentium, deprecantiumque fidelium: sic testante Patriarcha Constantinoplitano D. Germano: *Nullus est, qui salvus fiat nisi per Te O sanctissima! Nullus est qui liberetur à malis, nisi per Te. O purissima! Nemo est cui donum concedatur, nisi per Te O castissima! Nemo est, cujus misereatur gratia, nisi per Te O honestissima!* Cui Mariophilo cultori adsonat D. Bernardinus Senensis hæc & similia, non tam suo, quàm cælesti ore de Deipara pronuncians. *Omnia Spiritus sancti dona, quibus vult, quando vult, quomodo & quantum vult, per manus hujus Virginis administrantur. Ab instanti enim Incarnationis jurisdictionem quandam, ut sic dicam, & authoritatem in omnes Spiritûs S processionem temporalem, obtinuit.* Hinc quis miretur Clarævallensem Archimandritam, sic nos omnes animare: *Totis ergo medullis cordium, totis præcordiorum affectibus & votis omnibus MARIAM hanc veneremur, quia sic est voluntas ejus, qui totum nos habere voluit per MARIAM*: quæ non tantùm *Janitrix*, sed & *Janua cæli* ab Ecclesia; à Ludovico Blosio *Janua Gratiæ*; à S. Thoma Villanovano

que memorabilia apud P. Canisium Tom. 2 de Deip. V. lib. 5. cap. 27. mihi fol. 744.

Maurit. de Villaprob. serm. 4. coronæ novæ B. V. M.

S. German. serm. de Zona apud Max Reichenberger Vind. Mar. Animad 20. mihi fol. 93.

S Bernard. Senens Tom 4 serm 5. c. 8. apud eundem.

ad B. V. M. S. Bernardus serm. 1. de Annunc.

Lud. Blos. in Endologia. 1.

Thom. Vill. con. 2 de Aff. B. V. M.
S. Anfelm. orat. ad B. V. M.
S. Ioan. Damafc. orat. de Nativ. B. V. M.
Alb. Mag in Marial. lib. Apocal.

vano *Janua Paradisi per quam Deus ingressus est in Mundum, ut reus quondam ingrederetur cælum*; à Cantuarienfi Prælule, *Janua cælestis Regni, per quam post Deum, totus vivit Orbis Terrarum*, à S. Joanne Damafceno *Janua Virginea ac divina, per quam Deus qui rebus omnibus superior est, in Orbem terrarum corporaliter introivit*, nominatur & colitur. Hinc à Magno Alberto *Felix cæli Porta dicitur: quia sicut porta exportat & importat; sic & per ipsam exivit, quidquid unquam gratiæ creatum, vel increatum in Mundum venit. Per ipsam item intravit, quidquid boni ad cælos ascendit: ut possit quilibet dicere de ipsa: venerunt mihi omnia bona pariter cum illa.* Hæc, fuper omnem lauri pulcritudinem *domos*, id eft Ecclefias, *exornat*: eft enim *Ornamentum proprium sancti sanctorum: Est Ornamentum Generis Humani: Est Ornamentum totius creaturæ: Est Ornamentum Universi. Est Ornamentum Mundi suscipiens deprecationem nostram, & eos qui illam deprecantur; quemadmodum suscepit Filius ejus, lacrimas meretricis, fidem Cananææ, gemitus Publicani, Petri pœnitentiam & viduæ minuta*: Et exinde eft etiam *Gloria Regum; Est gloria Pontificum: Est gloria nostrorum Parentum, quia peperit nobis Emmanuelem. Est gloria luti nostri, quæ Evam pudore & Adamum comminatione liberavit, audaciam Draconis abscidit, quam concupiscentiæ fumus non attigit, neque vermis voluptatis læsit.* Ac tandem etiam, *ut laurus ante limina excubat*, MARIA, *Custos hominum*; fic afferente doctiffimo Idiota, *quia custodit omnes fideles Christianos: Custos totius vitæ nostræ*, tefte Joan. Damafceno *à dæmonibus nos liberans in hora mortis.* Cùm tantis igitur hæc *MARIANA LAURUS* polleat virtutibus, gratiis, beneficiis & privilegiis, *sub umbram* ejus confugiamus, neceffùm eft; *in MARIA enim*, ait

Greg. Nicom. orat. 2. de Concept. B. V M.
Ioann. Damafc orat. 1. de Affum.
Dion. Carth. l. 2. de laud B. V. M.
Bernard de Bufto in Marial. ferm. 2 de coronat. B. V. M.
S. Damafc. in Paracl. B. V.
Anonym. in Euchologia feu Rituali Græc. in officio aquæ benedictæ minoris.
S. Iofeph. Hymno. in Mariali.

ait Richardus à S. Laurentio, *velut in horto condenso invenitur umbra propitiationis: ad hoc enim obumbravit eam Virtus Altissimi in Conceptione Filij, ut ipsa precibus suis, meritis & exemplis obumbraret peccatoribus*, eidémque supplices facti, cum sancta Matre Ecclesia ingeminemus & precemur, *Sub Tuum Præsidium confugimus sancta Dei Genitrix, nostras deprecationes ne despicias, in necessitatibus nostris, sed à periculis cunctis libera nos semper Virgo gloriosa & benedicta. Domina nostra, Mediatrix nostra, Advocata nostra, Tuo Filio nos reconcilia, Tuo Filio nos commenda, Tuo Filio nos repræsenta: Fac Benedicta per gratiam quam invenisti, per prærogativam, quam meruisti, per misericordiam quam peperisti: ut qui Te mediante fieri dignatus est particeps infirmitatis & miseriæ nostræ, Te quoque intercedente participes faciat nos gloriæ & beatitudinis suæ,*

S. Matth. Apost. Liturgia Ethiop. Hych ferm. 2. de laud. B. V. Idiota de B. V. part. 16. contempl. 10 Joan. Damasc. in Parac. B.V.M. Richard. à. S.Laur. lib. 12. de laud: Virg. Ecclesia. S. Bernard. serm. 2. in Advent. & hom. 2. sup. Miss.

Huc Orbis Universi

Supremi Vertices,
Coronati Terræ Principes,
Reges, Cæsares, Monarchæ
Supplices adeste,

M A G N Æ

Cælestium, Terrestrium & Infernorum

R E G I N Æ,

Mancipes Regna & Imperia
deponite.

CO-

C O R O N A S
Insignia Majestatis
Submittite.
S C E P T R A
Instrumenta Justitiæ & Clementiæ
Porrigite.
P U R P U R A M
Decus Honoris & gloriæ
Substernite.
T H R O N U M
Sedem Dignitatis & Sapientiæ
Concedite.
Magnum Nomen est M A R I Æ,
Magna ejus Dignitas,
Magna Sublimitas;
Cui magna fecit ille qui potens est,
Luc. I. & sanctum Nomen ejus.
Avitæ Stirpis Prosapiam
requirat nemo:
Sanguinis Claritudinem
nemo Scrutetur,
Virtutis pretium & pulcritudinem
nemo desideret.

M A R I A

Præstat omnibus, claret omnibus: Quia quandam longævitatis communionem ab eo trahit, qui ab æter-

æterno eam ordinavit, & ex antiquis antequam terra fieret *a*.

Ab initio & ante ſæcula creavit illam *b*.

Æterni Patris Filiam. *c*.

Matrem Filij Dei. *d*.

Sponſam Spiritus Sancti, *e*.

Tabernaculum Sanctiſſimæ Trinitatis *f*.

Quæ Gratiâ de Cælo Plena,

Æterno Deo gravida,

Eum in Orbis ſalutem peperit,

Qui Verbo creavit omnia, *g*.

In quo ſunt omnia,

Per quem facta ſunt omnia.

REGIBUS TERRÆ,

Ad regnorum faſtigia,

Aut fortunæ faventis felicitas

Aut Majorum Nobilitas,

Aut facultatum Potentia,

Aut armorum neceſſitas,

Aut Regum artifex Populus,

Fortunatè, Gratiosè, Liberaliter,

Violenter, timidè, aut ſeditiosè

gradum fecit.

HUIC

Jure Sanguinis, Nominis, & Numinis

meritò debetur,

Z Tum

a. Prov. 8.
b. Eccl. 24.
c. Idiota de B.V.M.p.14. contempl. 4. Bernard. de Buſto in Mariali ſerm. 2. de coronat. B.V.M. Robert. Bellarm. Con. 3. Domin. 1. Advent.
d. D. Ephrem ſerm. de margarita pret. S. Hieron. l. contra Helvid. de perpet. Virg. B.V.M. S. Auguſtin. de Aſſum. Tom. 9.
e. Ildefon. ſerm. 6. de Aſſumpt. B.V.M. Dion. Carth. lib. 4. de laud. B.V.M art. 10.
f. S. Vinc. Ferr. ſerm. de Conc. B.V.M. Antonin. &c
g. S. Auguſt. lib. confeſſ. cap. 2.

Tum quòd ex Regibus orta, quòd ex Semine Abrahæ, quòd Generosa ex stirpe David. *h.*

Tum quòd Rex Regum, & Dominus Dominantium, Cæli Terræque Reginam & Dominam. *i.*

Matrem Filius,

Coronavit fecítque,

Et posuit diadema Regni in capite ejus, diadema impretiabile, diadema tam delectabile, diadema mirabile, quòd hoc omni linguæ inenarrabile, omníque ingenio inscrutabile. *k.*

Ut esset

In Cælis Regina Sanctorum,

In Terris Regina Regnorum,

Quandoquidem est Mater Regis coronati, quem constituit Dominus super opera manuum suarum ac proinde Regina constituta totum jure Filij possidet

REGNUM. *l.*

Adeóque Mater JESU CHRISTI, hæreditario jure omnium quæ sunt infra Deum, habens Regale Dominium, & inclytum obtinens Principatum: *m.*

In Hæreditate Domini moratur: *n.*

In omni populo, & in omni gente primatum habet: *o.*

Per Eam Reges regnant, & Legum conditores justa decernunt: *p.*

h. S. Bernard serm. sup. signum Mag.

i. Epiphan. Chrysol. Eucher: Damascenus apud Canisium lib. de Deip. V. cap. 1. fol. 3.

k. S. Bonav. in spec. Mar. lect. 6. circa finem.

l. Rupert. in Cant. cap. 4.

m. S. Bernard Senen. Tom. 1. serm. 61. qui est super admirabili gratia & gloria B V. Matris Dei.

n. Eccl. 24.

o. Eccli. 24.

p. Proverb. 8.

Per

Per Eam Principes imperant, & potentes decernunt Justitiam. q.

Quia Domina Mundi, r.

Domina Regum, s.

Domina Universæ Creaturæ, post filium suum, adeò ut ad ejus quoque Nomen se inflectat omne genu Cælestium, Terrestrium, atq; Infernorum. t.

Domina rerum, Imperium cum Filio commune obtinens u.

Domina cujus beneficiis plenus est Mundus. x.

Domina Serenissima y.

Stellis duodecim coronata : z.

Coronæ comes Sceptrum est ;

Nemo coronatus, sine Sceptro imperat.

Quod malus in Navi, hoc in Regno sceptrum est.

Ab illo dependet Salus navigantium,

ab hoc Subditorum:

atque hinc

Regiam MARIÆ Coronam,

Stellis duodecim radiantem,

duodecim Odis metricis.

totidémque SS. PP. Paraphrasibus cultam,

Quantùm pro ingenij tenuitate licuit elaboravi.

Nunc verò

Augustum Regio-Marianum Sceptrum,

Stelleæ Coronæ Socium,

q. Ibid.
r. Joan. Tauler. serm. 2. in Annunc. B. V. M.
s. S. Ildefon. serm. 4. de Ass. B. V. M.
t. Ludovic. Blosius in Endologia 2. ad B. V. M.
u. Ludov. Blos. ibid.
x. S. Anselm. in orat. ad B. V. M.
y. Dionys. Carth. lib. 1. art. 28. de laud. Virg.
z. Apoc. 12.

tot pretiosis lapidibus & Unionibus exornatum,
quot magnis titulis & Nominibus,
Litaniarum Marianarum panegyricis decoratum,
Victrice Lauro lemniscatum,
Sancta Mater celebrat, & veneratur Ecclesia.
Pari Pietatis affectu,
studio & subjectione colere
præsumpsi.
Ut hoc tenui laboris mei impendio
Augustissimæ Dominæ meæ,
Illiusque Coronæ, & Sceptro,
Potentiæ & Clementiæ,
Pietati & Misericordiæ,
totum me
[cujus Maternâ gratia & beneficio,
in numerum Filiorum Dei,
& in Societatem Filij ejus JESU CHRISTI
jndignissimus Peccator
adlectus sum]
meáque omnia eidem
vivens debere fatear,
& moriens contester.
Fave Dei, Magnæque Matris honoris
studiosissime, meique Benevole
Lector: &

Si

Si operis mei exilitatem non potes,
affectum saltem & conatum meum
Deiparæ millies devotum,
pro Utraque Humanitate tua
proba, & tuere.

SCEPTRUM REGIUM,
ELOGIA MARIANA,
Sive
LITANIÆ LAURETANÆ
Magnæ Cælorum Terrarúmque
REGINÆ
Paraphrastico Versu
Cantata.

1.

Job. 37. Hiate cæli fornices.
Et ære fusa moles,
Laxate claustra Cælites,
Et cardines Polorum,
Ut missa mentis Spicula
Cordis vibrata nervo,
Ad numinis Clementiam
Submissa dirigantur.

2.

Effasciate nubila,
Cauri, Notíque nubes,
Pateant revulsis sidera
Zonísque vinculísque,
Eliberatæ fumeis
Tentoriis theatra,
Puríque scenas ætheris
Altíque vela ponti.

3.

Mens ardet in sublimia,
Ceu turtur evolare, Psal. 57.
Ut altior licentiùs
Evecta libret alas,
Terris relictis sidera
Ut tranet, & salutet,
Magnæ Parentis Regiam.
Et purpuram Mariæ.

KYRIE ELEISON. ETC: Pater de cælis Deus. &c.

4.

Divi favete supplici,
Votísque deprecantis.
Æternitatis, Principes
Attollitote portas,
Vestras fores attollite
Patulcij Tribuni!
Stat vota ferre Virgini,
Cantare stat, *MARIÆ*.

5.

Audimur! Æthræ nubila
Se dividunt, paténtque
Almæ Sionis Pergama
Beatitatis Arces.
Arces Pyropis splendidæ,
Auróque fulgurantes
Magni tribunal Numinis
Sedes, Throníque Divûm.

6.

Pater! Creator omnium
Natus, Redemptor Orbis!
Et Charitas quæ Numen est,
A Patre, Filióque
Utróque procedens Deus,
Trias, Deus, ter Unus,
Et Virgo, se spectabilem
Pandit, *MARIA*, servo.

7.

Aures benignas Exuli
Votisque commodate,
Vestri miserti servuli
Culpásque deprecantis,
Thronum petentis gloriæ
Veniæque, gratiæque,
Ast Virgo. Te, præ cæteris
Vocem canentis, audi!

8.

Quamvis cicada veriùs
Culéxque credar esse,
Tuas *MARIA* bombilans
Laudésque, gloriámque.
Quàm dulcis oris Daulias,
Campíque alauda Siren.
Tuum tamen ne spreveris
Culicem *MARIA* Vatem.

9.

O *Virgo*! cujus sanctitas,
Virtutis altitudo,
Cæli theatra transilit,
Terræque vastitatem!
Quidquid Deus non dicitur,
Aut Numen æquat ullum,
His omnibus sublimior
Levata stat MARIA.

10.

Nati Parens Altissimi
Genitríxque Sancta Verbi
Solus. quod UNUM protulit
Semel Deus locutus,
Æternus in vastissima
Æternitate VERBUM,
Hoc, carne virgo vestiit
Hominus, Deíque Mater.

11.

Augusta Princeps Virginum,
Chori chorago casti,
Agnum sequentis candidum, Apoc. 14
Lactis liquore lotum,
Qui pastus inter lilia Cant. 2.
Formosior ligustris,
Cantantis illud canticum Apoc. 14
Quod sola Virgo, novit.

12.

Mater (quid hac augustius
Est voce, sanctiúsque?)
Mater (Deus quà pulcrius
Nihil creavit usquam!)
Mater (suam sic Filius
Dei, vocat columbam)
Regis, Deíque Maxima
Christíque Virgo MATER!

13.

Fæcunda *Mater Gratia*,
Et fons benignitatis,
Cujus pluit de dextera
Ros aureus bonorum,

Sancta MARIA. Sancta Dei Genitrix. Sancta Virgo Virginum. Mater Christi. Mater Divi-

ræ Gratiæ

Cæleſtium vis munerum
Pleno ſcaturit alvêo,
Felice cornu copiæ
Suos beans Clientes.

14.

Mater Puriſſima, Caſtiſſima, Inviolata Intemerata.

Mater Pudoris integri
Et gemma Puritatis,
Integritatis Lilium,
Corona Caſtitatis.
Intacta nix, quam nulla pix
Serpentis inquinavit,
Serena Lux, quam nulla nox,
Nec nubilavit umbra.

15.

Mater Amabilis, Admirab. Creatoris, Salvatoris.

Amabilis, mirabilis
Matérque Conditoris
Quem, qui ſalutis Author eſt,
Mundíque Rex Redempti,
Maria Virgo menſibus
Prægnans Deo novenis
Orbi dedit: *Va corrigens*,
Matrisque Nomen Eva.

16.

Virgo Prudentiſſima, V. Veneranda. V. Prædicanda.

Prudentium Dux Virginum
Ad nuptiale ſponſi
Matt. 25. Penetrale præſtolantium
Ardentibus lucernis;
Quam *Ter verendam prædicant*
Et *mille prædicandam*
Encomiis & laudibus
Colunt, canúntq; Nymphæ̃.

17.

Virgo Potens.

Sceptrũ premit quod dextera,
Quam fronte fert coronam.
Illius eſt *potentia*
Et Imperj character,
Quo fulminantem Numinis
Poteſt tenere Virgam,
In æviternos ſupplicum
Ne colla mergat ignes.

18.

Virgo Clemens, V. Fidelis.

Potentiam, Clementia
Paſſis ſalutat ulnis,
Hac *Virgo Clemens* prodigos
Amplectitur Clientes,
Opémque nulli ſubtrahit
Fidelis invocatam,
In morte præbens dexteram
Naufragis patronam.

19.

Speculum Juſtitiæ. Sedes Sapientiæ.

Cryſtallus illa Juris eſt
In qua refracta formam
Aſtræa cernit, vitreo
Cenſoriam metallo:
Sedes reclinis illius
Eſt, quæ ſuper Sophorum
Intelligit *prudentiam*,
Sapientiam, ſalémque.

20.

Cauſa noſtræ Lætitiæ.

Queſtus, dolores, lacrimæ,
Hác imperante ceſſant,
Eſt Illa *noſtri gaudij*,
Origo, cauſa, ſidus.
Jucunditatis publicæ,
Communis & triumphi,
Caliginémque mentium
Gementium ſerenat.

21.

Vas Spirituale. Vas Honorabile Vas inſigne Devotionis.

Inſigne Vas, quo conditur
Devotionis aurum,
Auri fluentis Spiritus,
Liquidæque vita gemmæ,
Et margaritæ ſorbiles
Nardíque Cinnamíque,
Animáque dulcis balſami,
Sanctíque planta floris.

22.

Vas illud eſt, & cymbium
Dio liquore plenum,
Quo nectar illud cælicum
Orbi Deus propinat,
Vinúmque caſtum germinans Zach. 9.
Quod Virginum pudorem;
Vas aureum, vas gemmeum
Honoris & Decoris.

Virgo

23. MA-

23.
Rosa Mystica.
MARIA Tempe florida,
Hymettus *est MARIA*,
Est Hortus aurâ pensilis
Dei manu libratus,
Est omnium compendium
Florúmque pulcritudo.
Rosariúmque mysticum,
Et suavitas Rosarum.

24.
Turris Davidica.
Jessea Turris Regio
Circum decora cultu.
Quam signa cingunt bellica
Cant. 4. Vexilla, scuta, peltæ,
Et omne robur fortium
Fuso rigens metallo,
Chalybéque fulgens Martio,
Lorica, Cassis, hasta.

25.
Turris Eburnea.
Eburna Turris aureis
Fastigiata pinnis,
Stat firma, nullis hostium
Eliminanda turmis,
Elephante belli machinæ,
Et cardines rotantur.
Elephante propugnacula
Et valla fulciuntur.

26.
Domus Aurea.
Domus (quid illâ pulcrius?)
Dei Domus, Thronúsque
Prov. 9. Septem columnis Regia
Subnixa fulget auro,
Auro coruscant atria,
Lacunar ardet *auro*,
Et fornices, & porticus
Xistúsque lucet *auro*.

27.
Fœderis Arca.
Qui bella movit Numini
Cælo rebellis Hostis,
Fœdúsque, culpæ pœnitens
Firmum, ratúmque sancit,
Hanc tangat *Arcam Fœderis*,
Templique Pacis Aram,
Hæc porriget Chyrographum
Et gratiæ, & salutis.

28.
Janua Cæli.
Primi Parentis obice
Cæli obserata *Porta*.
Pandenda nulli, ferreo
Oppessulata vecte.
Suos resolvit cardines
Serásque, pessulósque,
Cùm facta *Cæli Janua*
Mortalibus *MARIA*.

29.
Stella Matutina.
Cùm Noctis horror ingruit
(Caligo densa culpæ)
Qui lumen Orbi sustulit
Solémque gratiarum,
Hæc in tenebris *Phosphorus*
(Lucis Parens) serenat.
Abominandam mentium
Eoa Stella Noctem.

30.
Salus Infirmorum.
Quæcumque tabes corporum
Sparso furit veneno.
Artúsque dirus inquinat
Langvor, dolórque morbi.
Fugit *medente Virgine*
Vis omnis ægrientum,
Quæ robur est langventium.
Salúsque sanitatum.

31.
Refugium Peccatorum.
Hæc Prodigorum Mater est
Miserta Filiorum,
Clemens Asylum supplicum,
Vas, Ara, Spes, Reorum,
Quæ pœnitentes obviis
Amplectitur lacertis.
Criménque deprecantibus
Pandit salutis ulnas.

32.
Consolatrix
Quos lugubris necessitas.
Angit, premítque luctus,
Pressúmque pectus obsidet
Exercitus dolorum,

Et

Et mille se pericula,
Mortésque mille miscent,
Hos replet hac solatiis
Nubésque mentis arcet.

Afflictorum.

33.

Ad luctuosa classicum
Si clangat arma Ditis,
Lunásque pallas Thracia
Terra, maríque vibret,
Ferro Tyranni sæviant,
Et hæreses veneno.
Hac una Mater, Auxilj
Par præstat *Una*, cunctis,

Auxilium Christianorum.

34.

Hæc *Christianis* dexteram,
Hæc porrigit sinistram,
Arcet procul pericula,
Animæque, Corporísque,
Clypeata stat succurrere
Clientulis Amazon,
Invicta sævos cædere
Armata Pallas hostes.

35.

Huic pronus æther supplicat.
Dominæque servit uni,
Huic Astra curvant poplites
Sol, Luna, Signa, Stellæ,
Huic Spiritus (qua celsior
Choris stat Angelorum,)
Famulantur, & huic concinunt
Regina nostra Salve.

Regina Angelorum.

36.

Regina: sic Abramida,
Avita Stirps Avorum,
Isacida, Jacobida
Popago sancta Neptem
Suam colunt, & Filiam
Proavi, Patrum Parentes
(Decus suum) deprædicant
Gens sacra, Patriarcha.

Regina Patriarcharum.

37.

Regina: Sic Te Numinis
Interpretes *Propheta;*
Mundi Bases Apostoli,
Sic Martyrum triumphi;
Sic *Exedra*, sic *Pulpita*
Virtutis & Magistri,
Sic *Liliata Virginum,*
Divúmque turba cantat.

Prophetarum. Apostolorum. Martyrum.

38.

Sic *omnium* præconio,
Calestiúmque cultu,
Regina Cali diceris,
Et Orbis Imperatrix,
Cui Regna, fasces, purpuræ,
Cui sceptra, cui coronæ,
Omnísque vertex flectitur,
Cervíxque subjugatur.

Confessorum. Virginum. SS. Omnium.

39.

Tantæ *Parentis Filius,*
Et *victima, & sacerdos,*
Agnus ferens piacula,
Reíque probra Mundi,
Parce Innocens, nocentibus,
Audíque deprecantes,
Miserere Lacrimantium,
Fatentiúmque culpas.

Agnus Dei qui tollis peccata mundi,

40.

Per Te *Parens Clementia*
Mitescit Ira Nati,
Patrísque dextra vindicis
Ponet severa fulmen,
Suásque (*Numen Charitas*)
Orbi pluet favillas,
Ut vera *MATER GRATIÆ*
Sis omnibus MARIA.

parce nobis Domine &c.

a. Esther. 4. 5.& 15.

VIRGA AUREA a.

REGIS ASSVERI,

Quam manu tenens, extendit contra Esther, pro signo Clementiæ, b.

b. Ibid.

Sive


REGINA UNIVERSI, c.

c. Anonymus in Menæis Græc. die 5. Julij.

DEIPARA MARIA.

Virga Regis ad salutem electa, d.
Virga aurea atavis edita Regibus, e.
Virga aurea signum vitæ æternæ, f.
Virga regni Dei Psal. 44. quia per ipsam Regnum
Suum Deus, quod Diabolus occupaverat,
acquisivit. g.
Virga Regis Assueri,
Quà tangitur anima in signum
Clementiæ h
à summo Rege Regum Deo,
Protoparenti Evæ, Totíque posteritati
In Reconciliationis Signum extensa,
In Pietatis & Clementiæ refugium porrecta,
In gratiarum & salutis Remedium proposita,
In cujus conductu ad Christum ingredimur,
Et quà mediante videtur Esther. 4. quæ non dicitur
Fuis-

d. S. Ambros. l. 1. Epistolarum, Epist. 7. ad Syriacum.
e. Henric. Clarevall. de peregrin. Civit. Tract. 12.
f. Albert. Mag. in Biblia Mariæ sup. lib. Esth.
g. Mauritius de Villa probata serm. 7. coronæ novæ B. V. M. & Bernardin de Busto serm. 3. de Nat. B. V. M.
h. S. Antonin. in summa part. 3. Tit. 31. cap. 3.



Fecit mihi magna qui potens est
Fecit potentiam in brachio suo
Corona et Sceptrum
MARIA
MARIA
Virga
Virgo Maria
MARIA
thronus Dei
ad quem cum fiducia
accedere debemus, ut mi
sericordiam et gratiam
consequamur in tempore op
portuno Hebr. 4. D. Antonin. in Summa

Fuisse deaurata per exteriorem apparentiam,
Sed aurea per veram virtutum existentiam *i*.

i. Richard. à. S. Laur. de laud. Virg. lib. 12.

VIRGA VIRGO:

Mediatrix inter nos & Filium suum; quia sicut Filius ejus, est Mediator Dei & hominum, scilicet inter nos & Patrem; Sic Beata Virgo inter nos & Unigenitum suum, ipsa Mater Regis & Mater Servi, ipsa Mater Dei & Mater Hominis, ipsa Mater rei, & Mater Judicis, & sic Mater utriusque, scilicet Dei & Hominis per gratiam. *k.*

k. Idiota de B. V. M. part. 14. contempl. 51.

Virga data nobis tanquam Domina & Regina, ponitur enim Virga quandoque pro Imperio. *l.*

l. Mauritius de Villa probata sermon. 7. coronæ novæ B. V. M.

à Sæculo electa,
ab Altissimo præcognita, & sibi præparata,
ab Angelis servata,
à Patribus præfigurata,
à Prophetis promissa,
de cujus manu pendet nostra salus,
& Innocentiæ restitutio,
& de Hoste Victoria. *m.*

m. S. Bernard serm 2. sup. Missus.

Cælitûm præconiis prædicata,
Orbis totius obsequiis veneranda, & prædicanda
per Litanias Lauretanas,
Ecclesiasticis Supplicationibus,
religiosè culta, & colenda;

Piis Sanctorum Patrum & Doctorum votis
Devotè celebrata, & celebranda:
In omnibus periculis & necessitatibus
Fidenter petita & petenda:
Contra immanes Mariomastigarum blasphemias, & calumnias
In omne Patrocinium, & Præsidium
Salubriter invocata, & invocanda:
Gloriata conculati Serpentis, & seminis ejus
TRIUMPHATRIX:
Auro, & Lauro,
Gloriâ & Honore
Coronata:
Domina quæ Deum, & Hominem genuit,
Et hæreticam pravitatem interemit. *n*.
Imperatrix hæreseon Victoriosa, *o*.
Regina & Imperatrix Cæli & Terræ,
& omnium quæ in eis sunt. *p*.
Imperatrix Orbis,
Quæ in utero concepit Mundi Unum Imperatorem,
Deum humana carne indutum, *q*.
Imperatrix Nostra.
Per cujus manus Deus ordinavit dare ea, quæ dat humanæ naturæ. *r*.
Imperatrix, Magna Domina
Cælestium, Terrestrium & Infernorum *s*.

n. S. Anselm. super Salve Regina.
o. Frideric. Forner. epist dedic: sub palmæ triumph.
p. S. Anselm. lib. de Excel. Virg. cap. 4.
q. S. Joseph. Hymno: in Mariali.
r. Joan. Gerson serm. in Annunc. B. V. M
s. S. Bonav. in spec. lect. 3

DO-

DOmina inquam Angelorum, Domina hominum, Domina dæmonum, Domina utriusque in cælo, Domina in Mundo, Domina in Inferno. Est certè MARIA Domina Angelorum, ipsa enim signata est in Domina Esther Regina, de qua legitur, quòd super unam famulam, suam delitiosè innitebatur, altera autem famularum sequebatur Dominam defluentia in humum vestimenta sustentans. Per Dominam Esther Reginam, intellige MARIAM Reginam: duæ famulæ, quarum Domina est Regina MARIA, sunt Angelica & Humana creatura. O quantùm gaudendum est nobis miseris hominibus, quòd Angeli Dominum & Dominam habent ex hominibus. Verissimè enim Angelorum Domina, est MARIA. Unde Augustinus ipsam alloquens ait: *Si te cælum vocem, altior es: Si Matrem gentium dicam, præcedis. Si Dominam Angelorum nominem, per omnia esse comprobaris. Si formam Dei appellem, digna existis.* Anima verò humana est famula, quæ Dominam suam MARIAM. sequitur in mundo. Sequitur certe colligens vestimenta Dominæ, scilicet, colligens virtutes & exempla MARIÆ Intelligentia verò Angelica est famula, super quam Domina sua MARIA innititur in cælo. Innititur certè tanquam familiarissima se Angelis sociando: Innititur etiam tanquam delicatissima in Angelis delitiando: innititur quoque tanquam plenissima se cum sua plenitudine Angelis communicando: innititur insuper tanquam potentissima Angelis imperando. Omnibus enim Angelis MARIA innititur suo imperio. Unde Augustinus ait. *Michaël Dux, & Princeps militiæ cælestis cum omnibus spiritibus administratoriis, tuis Virgo paret præceptis, in defendendis in corpore, & in suscipiendis de corpore animabus fidelium; specialiter tibi Domina, & die ac nocte se tibi commendantium.* Vides modò, quomodo MARIA est Domina Angelorum in cælo. Sed est quoque MARIA

S. Bonavent. in spec. Mar. lect. 3.

S. August. de SS. serm. 35. tom. 10. ante medium.

RIA Domina hominum in Mundo. De hac Domina in Psalmo 112. dicitur: sicut oculi ancillæ in manibus Dominæ suæ, &c. Ancilla Dominæ MARIAE est quælibet anima fidelis, immò etiam Ecclesia Universalis. Oculi hujus Ancillæ in manibus Dominæ suæ semper debent esse, quia oculi Ecclesiæ, oculi omnium nostrum ad manus MARIÆ semper debent aspicere, ut pér manus ejus aliquid boni accipiamus, & per manus ejus quidquid boni agimus, Domino offeramus. Per manus enim hujus Dominæ habemus, quidquid boni possidemus, testante beato Bernardo, qui ait, Nihil nos Deus habere voluit, quod per MARIAE manus non transiret. Per manus quoque hujus Dominæ offerre Deo debemus quidquid boni egerimus: quemadmodum beatus Bernardus hortatur dicens: *Modicum illud quod offerre desideras, gratissimis illis, & omni acceptione dignissimis MARIAE manibus tradere cura, si non vis sustinere repulsam. Benè nobis Charissimi, benè nobis, quòd talem Dominam habemus, quæ manus tam liberales habet ad nos, & tam præpotens est apud Filium super nos, ut securi ad ipsam confugere possimus omnes nos.* Unde devotissimus Anselmus ait: *Domina Magna, cui gratias agit concio læta justorum, ad quam territa fugit turba reorum: ad te præpotens & misericors Domina ego peccator anxius confugio. Vides modo, quomodo MARIA est Domina Angelorum in cælo. Vides secundò quomodo MARIA est Domina hominum in Mundo. Est quoque MARIA Domina Dæmonum in Inferno, tam potenter eis dominans, ut de ipsa accipi possit illud psalm* 109. *Virgam virtutis tuæ emittet Dominus &c. Virga virtutis est Virgo MARIA. Ipsa est Virga Aaron florida per virginitatem, & fructifera per fæcunditatem. Ipsa quoque est Virga, de qua dicitur in Isa.* 11 *Egredietur Virga de radice Jesse. Hæc est Virga Virgo, Virga virtutis est, contra inimicos Infernales, quibus magna*

S. Bernard. serm. 3. in vigil. Nativ. Dom. in fine

Idem serm. in Nativ. B. V. M. de aquæ ductu circa finem.

gna

gna virtute dominatur, & ideò Domina tam magna, tam magnæ virtutis meritis, meritò à nobis amatur, meritò à nobis laudatur, & meritò à nobis exoratur, ut nos contra inimicos istos tueatur. Exemplum dat nobis Anselmus, qui tantam Dominam alloquens ait. *Te Domina Magna, & valde Magna, te vult cor meum amare, te cupit os meum laudare, te desiderat venerari mens mea, te affectat exorare anima mea, quia tuitioni tuæ se commendat tota substantia mea. Est ergo MARIA Domina Angelorum in cælo, Domina hominum in Mundo, & Domina dæmonum in Inferno,* Regina & Imperatrix, &, quod insuper omnem supereminet majestatem, Mater sui creatoris, *Regis Regum & Domini Dominantium*, quo nomine nihil majus, nihil excellentius dici, neque excogitari potest, ita ut Seraphicus Doctor hanc celsitudinem MATRIS perpendens dicat, *Mater Domini, Mater & Virgo, Mater est dignissima: ipsa est Mater cui talis filius decentissimus fuit. Ipsa est quâ majorem Deus facere non posset. Majorem Mundum posset facere Deus, majus cælum posset facere Deus: majorem Matrem, quàm Matem Dei, non posset facere Deus.* Unde Bernardus ait: *Nec enim decebat Deum alia Mater, quàm Virgo, nec Virginem alius Filius, quàm Deus: quia nec major inter Matres, nec major inter filios nasci potuit. Hæc itaque Mater Solis Justitiæ, Mater fontis sapientiæ, Mater Regis gloriæ. O excellentia Virginis,* exclamat Venetiarum Patriarcha, *MARIAE, cujus meritorum celsitudine, & gratiarum opulentiâ, stupet cælum, natura miratur, & sancta Beatorum spirituum venerantur agmina: non enim capit populus, non concludit Orbis, neque attingit creatura, quod MARIA suscepit mente, concepit in corpore, gestavit in utero, nutrivit lacte, portavit brachiis, fovit in gremio, & est amplexata in Filio. Quàmobrem quid amplius,* ait Petrus Cellensis: *honoris assignare ei possumus, quàm,*

S. Bonav. in spec. cap. 10. fol. 444. col. 2.

S. Bern. serm 2. sup. Miss.

Laurent Justini. serm. de Purif. B. V. M.

Petr. Cellen. lib. de panib. cap. 21.

quàm, ut quod verum est, fateamur: Genitricem eam Dei esse & hominis? Infra hoc dicitur, quidquid in ejus commendatione affertur. Si cæli Reginam, si Angelorum, Dominam, vel quodlibet aliud excellentissimum tam ab summo corde, quàm ore exquisitissimum prætuleris, non assurget, ad hunc indicibilem honorem, quo creditur & prædicatur Dei Genitrix, a. Mater benedicta Domini, & Regis omnium, in qua omnes thesauri sapientiæ & scientiæ Dei fuerunt. Mater b. Dei Unigeniti Domini & Regis omnium Plasmatoris & Creatoris cunctorum. Mater c. vera Regis Regum. Mater d Virgo ex qua primitiæ vitæ geminârunt, Rex scilicet JESUS, Mater e. Regis eorum quæ sursum sunt & deorsum. Mater f. Regis qui Dominus est sceptrorum, non terrenorum, sed cælestium. Mater g. summi Regis, omnibus generationibus & rebus conditis excellentior. Mater h. Imperatoris cælestium virtutum semper Virgo. Mater i. Imperatoris æterni: Mater k. Altissimi Regis: Mater l. divinæ Majestatis: Mater m. excellentissima Regis omnium sanctorum, in cujus sacratissimis visceribus, veluti Rex in Regia Humanitatis suæ, *Imperator* in *throno*, gratiarum, *Princeps Pacis* in sede clementiæ, *Bellator* fortis in *Castello* Præsidii pro nobis præliaturus, *Victor in Castro* defensionis & offensionis veteranum hostem, tenebrarum Principem debellaturus & subjugaturus. Habet hanc suprema Regum, Imperatorum, Monarcharúmque, secreto quodam dignitatis influxu excellentiam authoritas, ut locorum, quæ aút incolunt, aut insident, Domiciliis aut Subselliis Majestatis suæ privilegio eam concedant, quâ cæteris præstent omnibus, quæ vel naturæ felicitas, aut artis industria, aut opum profusa liberalitas construxit, aut ingenii humani dexteritas comparare potest, palatiis aut augustalibus, reverentiam. Hinc *Regiis* sua inest religio: *Thronis*, majestas; *Sedibus* gratiæ; *Castellis* ho-

a. S. Paulus apud Amadeũ raptu 8.
b. Origenes homil. 1. in diversis.
c. Augustin in serm. ad Frat. in eremo Tom. 20
d. And. Creten. in can. de Nativ. B. V. M.
e. Isychius serm. 9. de laud. Virg. M.
f. Cdrysip. serm. de S. Maria Deip.
g. S. Joann. Damasc. or. 2. de Ass. sive Dormit. B. V. M.
h. Idem in cant. Græc. sono. 1.
i. Petr Damian. lib. 2. epist. 14. ep.
k Cæsar Cisterc. in homil. de nomie Mariæ
l S. Bonav. in cantic. Psalterij B. V. M.
m. Joann. Trithem. de miracul. B V M. prope Ditelbach lib. 1. cap. 12.

honores: *Castris* asyli securitas: ita ut in his calamitosæ privatorum fortunæ sua reperiant solatia: necessitates publicæ tanquam ad *BONAE SPEI PORTUM* (quo negotiorum suorum motus faciunt appellere) causarum suarum jaciant anchoras, & ea miserabili Innocentiæ sint pro scuto & patrocinio, nocentibus, reisque pro remedio, felicibus pro honore & gloria. Habet & *Rex Regum*, & Dominus Dominantium R*egiam suam*, *ex qua humili habitu egressus*, *perempta morte*, *quæ principatum in nos obtinuerat*, *doloris plenam & laboriosam ejus tyrannidem*, *in quietem commutavit*, MARIAM Dei Patris Filiam, Filij Dei Matrem, sponsam Spiritûs sancti, per quam sanctissima Trinitas Orbi Universo eas contulit & dispensavit gratias, & beneficia, *quibus captivus redemptionem*, *æger curationem*, *tristis consolationem*, *peccator veniam*, *justus gratiam*, *Angelus lætitiam*, abundante cælestium munerum profusione *accepit*. Eadem *a. Magni Dei thronus est*, *b. sublimior cælis atque omni creatura*: *Thronus c. sublimis & elevatus ob gloriam illius qui ipsum fabricatus est*, R*egi Domino Sabaoth palàm instructus*: *Thronus d. Dei*, *in cujus utero veniens sapientia Dei*, *Patris VERBUM CARO FACTUM EST*, *& habitavit in nobis*: *Thronus e. qui* R*egem* R*egum in carne per incarnationem humiliatum suscepit*. Nec immeritò Throni nomine Augustissima Virgo insignitur, quia *sicut f. thronus firmiter & aptè est compactus*, *sic Beata Virgo indissolubili internarum virtutum concatenatione compacta fuit*, *quæ connexæ mutuò se roborabant*. *Hæ sunt Virginitas*, *Simplicitas*, *solicitudo*, *& omnes Cardinales ac Theologicæ virtutes*. *Hic Thronus g. sanctus in sancta sanctorum collocatus*, *& omnium* R*egi præparatus*, *quem h. fecit sibi* Salomon R*ex pacificus*, *id est Christus*, *fecit enim hunc Thronum Pacificus*, *ut pacem faceret*, *quia mediante Filio Hominis*, *pacificati sumus Deo Patri*, *mediante etjam*

Leo Imper. orat. de Assum. B.V.M.

S. Bernard. sup. sign. Magn. Apoc. 12.

a. S. August. lib. de Assum. B.V.M. Tom 9. operum suor.
b Andr. Creten. can. 7. in partũ B.V.M
c. S. Method. hom. in fest. Purif. B.V.M
d. S. Ildefons. serm. 2. de Ass. B.V.M.
e. Idiota de B. V.M. part. 14 contemp. 30
f. Idiota ibid.
g. S Joseph. hymno: in Mariali.
h. Richard: à S. Lauren. de laud. Virg. lib. 10.

jam Matre Dei veri pacifici, pacem apud Filium, quoties volumus, possumus invenire. Possumus sanè, quoniam *in i. hoc throno sedens Christus* Rex *Pacificus, præbet se populo clementem & benignum, ac præstò omnibus ad hunc Thronum accedentibus dona largitur.* Hinc amabilem hunc thronum alacri animo, spe magna, magnarum gratiarum indipiscendarum forti fiducia freti liberaliter accedendum suadet, monétque Divus Antoninus, inquiens: MARIA *k. Thronus Dei, ad quem cum fiducia accedere debemus, ut misericordiam & gratiam consequamur in tempore opportuno. Est* MARIA *l. thronus gratiæ, ad quem nos miserabiles peccatores accedere debemus, ut gratiam inveniamus in auxilio opportuno*: vel ut Mauritius de Villa probata inquit: *Thronus m. de quo Paulus ad Hebr. 4. adeamus cum fiducia ad thronum gratiæ ejus, ut misericordiam consequamur, & gratiam inveniamus in tempore opportuno*: cùm, teste S. Bernardo Claræuallensi Præsule *in n. ea omnia plena sint pietatis & gratiæ, plena mansuetudinis & misericordiæ, quæque omnibus omnia facta est, & sapientibus & insipientibus, copiosissima charitate debitricem se fecit, omnibus misericordiæ sinum aperuit, ut de plenitudine ejus accipiant Universi.* Sed neque tantum Thronus, sed & *sedes o. est sapientiæ* Regalis MARIA sic eam compellante *o.* Ecclesia, sic Mariophilo Anselmo, *o.* sic *p.* Bernardo, sic *q.* Laurentio Justiniano, *sedes r. Incarnandæ Dei sapientiæ ab æterno parata, & præelecta. Sedes in qua s. Deus ostendit gloriam suam & claritatem, quæ est Christus, gloria, Lux & claritas totius Orbis. Sedes t. Dei sancta, in qua Deus collocatus, beneficio carnis ex ipsa desumptæ, omnium gentium & nationum* Rex *fuit, illas omnes sibi subjiciens: Sedes u. quam sibi paravit omnium artifex & sapientia Christus. Sedes w. in qua resedit Majestas Deitatis, quæ posita est in cælo assumptione, ministerio An-ge-*

i. Maurit. de Villa probata serm. 5. coronæ novæ B. V. M.

k. S. Antonin in suma part. 4. tit. 15 cap. 14.

l. Idiota de B.V.M. part. 14. contempl 30.

m. Maurit. de Villa prob. serm. 54. coron. nov. B. V.M.

n. S. Bernard. serm. sup. sign. Magn. Apoc. 12.

o. S. Anselm. sup. salve.

p. S. Bernard. sup. Salve.

q S. Laurent. Justin de triumph Christi agone c. 7

r Anton. Proqc: serm. 6. de conc. B. V. M.

s. Paulus de Heredia Tr. de concepti B. V. M.

gelorum. *Sedes x.* Regia *quæ* Regem Regum *utero concepit & portavit & peperit.* *Sedes y.* Dei *Altissimi supra quam* Divina *sedet* Majestas. *Sedes z. prima creata propter ejus perfectionem atque excellentiam, in qua* Deus *ipse ostendere debeat gloriam suam & claritatem, quæ est* Messias, *totius* Mundi *gloria, lux & claritas.* *Sedes aa. denique omnium miraculorum, quæ usquam, modóque evaserunt aut fuerunt consummatæ.* *Sedes bb. Numinis latè patens, & omni cælorum amplitudine major:* in quam ex altissimo solio gloriæ descendens Deus Majestatis, fecit nobiscum misericordiam suam, cùm VERBUM CARO FACTUM EST *& habitavit in nobis, & vidimus gloriam ejus, gloriam quasi Unigeniti à Patre plenum gratiæ & veritatis.* Habitavit, inquam, & ut, ad quod venerat, pro nobis tanquam *Bellator fortis,* Deus exercituum, contra Principem tenebrarum harum decertaret, & *ut a. inventor Mortis diabolus, per ipsam,* quam fortis armatus noster Christus vicerat, mortem *vinceretur*, aptissimum *b. castellum*, Virginis uterum sibi fecit, & *intravit IESUS, quando verbum caro factum est & habitavit in nobis.* *Castellum c. singulare quod Pater constituit, quod Spiritus sanctus sanctificavit, quod Filius intravit, quod tota Trinitas quasi singulare hospitium elegit.* *In d quo se recepit Propugnator veniens ad salvandum Isai: 62. & ad depellendum fortem, qui custodiebat atrium suum Luc. 11. Consuetudo enim bellatorum est, quòd quando aliquis cupit invadere regnum alienum, vel sibi oblatum regnum acquirere, primò sibi quærit, vel præparat refugium opportunum: Sic Christus in virginem gloriosam, de cujus securitate dicit Salomon Prover: 31. confidit in ea cor viri sui.* In hoc inquam *Propugnator e. veniens ad salvandum nos, in ejus ingressu apprehendit arma & scutum, id est animam & carnem, ut contra diabolum exurgeret, nobis in adjutorium, omni armatura for-*

t. Germanus Constant. in Annunc. B. V. M.

u. S. Bonav. lib. de Eccliast. Hierarch part. 4. circa finem.

w. Rich. à S. Laur. de laud B. V. M. lib. 10.

x. Hugo Carensis in cap. 1. Luc.

y. Petrus Galatin. lib. 7. de arcanis. cap. 1.

z. Petr. Galatin. ut sup.

aa. Andr. Creten. orat. 3. de Dormit. B. V. M.

bb. Anonymus in Menæis Græc. die 14. April.

a. Leo Pap. serm. 1. de Nativ: Dom.

b Innocent. Pap. serm. 1. de Assum. B. V. M.

c. B Aelredus Abb. serm. 1. in Assump. B. V. M.

d. Richard. à S. Laur. de

laud. Virg. lib. II. *tium munitum, omni f. virtutum munitione vallatum se*
e. Idiota de B.V.M. part. 14. contempl. 55. *recepit : atque hinc ei g. non deest instructio militum defendentium, millia enim millium ei ministrant & decies*
f. *centena millia assistunt ei,* quorum fortitudine & auxilio
g. Albertus Mag. in Postill sup. cap. 10. Luc. *prælium h. magnum factum est* cum dracone illo magno
h. Apoc. 12. Humani generis hoste infensissimo, tenebrarum harum
i. Apoc. 19. principe, qui *devictus cecidit, & projectus est in terram,*
k. Leo Pap. serm. 1. de Nativ. Dom. *& Angeli ejus cum illo missi sunt in i. stagnum ignis ardentis sulphure. In quo k. conflictu pro nobis inito, magno & mirabili æquitatis jure certatum est, dum omnipotens Dominus, cum sævissimo hoste, non in sua majestate, sed in nostra congreditur humilitate : objiciens ei eandem formam, eandémque naturam, mortalitatis quidem nostræ participem, sed peccati totius expertem, quando cæ-*
l. S. Bernardus serm. 2. de Assumpt. B.V.M. *lestis l. habitator patriæ,* ut Bernardus ait, *etiam & Creator, nostri Castelli angustias non refugit, & in angustissimum virginalis uteri diversorium introivit. Intravit*, ait idem sanctus Abbas, *in castellum JESUS, qui fortem alligans ejus vasa diripuit : ut quæ priùs erant in contumeliam, faceret in honorem. Contrivit portas æreas, & confregit ferreos vectes, vinctum de domo carceris & umbra*
m. S. Bernardus serm. 1. die 1. Paschæ. *mortis educens : Confregit m.* eodem teste sancto Præsule Claræ vallensi (*quia clausis noluit procedere januis in carcerem illum gehennalem*) *ferreos vectes, & repagula universa contrivit, ut liberè suos educeret, quos redemerat de manu inimici : & planis egrederentur portis agmina sanctorum dealbatorum, qui laverunt stolas suas in sangvine Agni.* Et ut victoris, Triumphatorisque jus, munúsque plena potestatis suâ libertate & authoritate exerce-
n. Apoc. 20. ret, *apprehendit Draconem, n. serpentem antiquum, qui est diabolus & sathanas, & ligavit eum, & misit eum in abyssum, & clausit & signavit super illum. Et licet ceci-*
o. Isai. 14. *derit & corruerit o. in terram qui vulnerabat gentes, &*
p. Apoc. 20. *ad infernum detractus sit in profundum laci, & in p. stagnum*

gnum ignis & sulphuris, ubi cruciatur die ac nocte; furit tamen adhuc per stipendiarios & emissarios suos (Acheronticos satellites) in hoc *castellum*, *q. cujus Rex Christus est, cujus situs est in monte sancto, ad quem nulla machina pertingit inimici : cujus fossatus, Humilitas, cujus muri virtutes, cujus turres elevationes contemplationis, cujus abundantia nullius boni defectus : ibi enim panis vitæ qui de cælo descendit, ibi adeps frumenti satiantis, ibi sal sapientiæ, ibi fons aquæ satientis in vitam æternam, ibi carnes Agni immaculati, ibi vestis decoris & honestatis, ibi ignis charitatis, ibi hortus conclusus voluptatis, ibi aura flatus sancti Spiritus, cujus defendentes milites, omnia agmina Angelorum*, furit, inquam, veteranus hostis & ingenti stipendiorum suorum exercitu, *qui r. cum morte*, ut ait S. Pater Bernardus, *fædus inierunt, pactum pepigerunt cum inferno*, tot machinis tot balistis, tot arietibus (vocatis in belli societatem Orcinis furijs) per tot sæcula impudenter impetit, infestat, oppugnat, ut illud â fundamentis erutum, si per odium, furorem & vires liceret, concutere, conterere & penitus pessumdare vellet. Sed *MARIA Castellum s. est fortissimum*, impeti potest, vinci non potest, *cujus t. nunquam vel unam pinnam dæmon potuit obtinere*, minùs sectarij ejus, invidiâ lividi, furore cæci, qui introxicata calamorum suorum jacula, lethifera peste infecta, & venenatos blasphemantium lingvarum utrimque acutos acinaces, velut saxo impactos hebetant & perdunt, quia *a. Castellum hoc fundatum supra petram, qui Christus est, omnes eludit impetus & insultus inimici.* Horum temerarios ausus, rebelles in Deiparam ejúsque gloriam, cultum & honorem seditiones, & in hac scelerata bellatorum furentium acie, seu potiùs malorum colluvie, Primipilares, Duces; & antesignanos qui fusiùs nosse desiderat : eruditissimum Theologum & religiosissimum virum, doctissimis editis volumi-

q. Albertus Magn in Postill. sup. cap 10. Luc.

r. S. Bernad serm. 2. de Assumpt.

s. S. Thom. de Villa, nova conc. Ass. B. V. M.

t. Maurit de Villa prob. serm. 5. coronæ novæ B. Mariæ.

a. Idiota de B. V. M. part. 14. contempl. 17.

 nibus

nibus suis Orbi toti celeberrimum, Hæreticorum malleum, Deiparentis defensorem acerrimum R. Patrem Petrum Canisium librorum suorum Tom. 2. commenti de verbi DEI corruptelis, de Beata Maria consulat, ibi innumera propè cæsorum hostium, in hoc conflictu Mariano, & ante Sacrum hoc Castellum zelo gloriæ DEI & Deiparæ devicta & prostrata leget cadavera, quæ cum Principe suo tenebrarum penitus conculcato, palmam victi, quantumvis inviti, victori porrigere coguntur. Neque mirùm, *MARIA b. Castellum est, in quo fuerunt Castra DEI, Exercitus Angelorum excubantium & custodientium portas & turres, id est sensus exteriores, & virtutes animæ interiores, sicut solent facere excubiæ vigilantes in castris.* Quin & *c. Castrum omnino inexpugnabile, in cujus defensionem quicumque confugiet, fiet in eo, quod dicit: Psal. 90. cadent à latere tuo mille, & decem millia à dextris tuis, tibi autem non appropinquabit.* Eant nunc Orci satellites, eant & duce sathana subornati milites, indicant manifestum malitiæ suæ bellum, & contra *Castrum* hoc infesta moveant signa, torqueant tela, expediant machinas bellicas, insultus & assultus apparent, *MARIA Castellum est, d. invincibile, & Castrum insuperabile, Turris fortissima cum propugnaculis cantic. 4. Turris ex qua pendent mille clypei & omnis armatura fortium: nam ad defensionem nostram, & impugnationem hostium ipsa nobis subministrat adjutorium, & omnium exempla virtutum: Est Turris e. Fortitudinis hominibus à facie inimici. Est f. Turris non solùm potens ad muniendum confugientes ad eam, sed & hostes insequentes potens expugnare. Turris g. fortissima & in expugnabilis, & terribilis inimicis, ut castrorum acies ordinata, ad h. quam*, ait Mauritius de Villa probata, *omnes debent refugere & confugere: quia* sic sentiente S. Thoma Villanovano, est *i. Turris in qua pendent mille clypei*

b. Ernestus Pragensis.
c. Albert. Magn. in Postil. sup. cap. 10 Luc.
d. Joan. Hailg. in cap. 4 cantic. cantic.
e. S Jacob. Min Ap. serm. in Transitu B. V. apud Amadeum Raptu. 8.
f Richard. à S Laur. de laud. SS. Virg.
g HugoCarens in Psal. 116.
h Maurit. de Villa probata serm. 30. coronæ novæ. B V. M.
i. S. Thom. de Villa nova. conc. 1. de Assumpt. B. V. M.

clypei, in qua & contra omnem æstum tribulantis, & ad omnem faciem persequentis dæmonis tutissimum clypeum invenies, quo te protegas. Turris fundata supra firmam petram, in montibus sanctis, immobili fundamento, siquidem Deus in medio ejus non commovebitur. Turris inexpugnabilis, quæ nunquam diabolo præstitit tributum, aut fidem, in quam intravit JESUS, quando VERBUM CARO FACTUM EST, inde inimicos expugnaturus, & regnum suum recuperaturus, in quo ab initio dæmon fuerat intrusus. Turris, ait Ludovicus Blosius *munitissima, cujus muris, qui cinguntur, securi sunt: cujus k. armaturâ qui defenduntur, impenetrabiles sunt, est l. enim armatura validissima fidelium Regum, per quam hostium insolentiam atque audaciam conterunt, & victoriæ trophæa consequuntur. Illa m. est VIRGO conservatio mundi, Turris David, quæ ædificata est cum propugnaculis, mille clypei pendent ex ea, & omnis armatura fortium.* Cui adsonat Villanovanus Præsul: *Verè n. Turris David, Turris & propugnaculum Ecclesiæ, peccatorum omnium Refugium, ut ad ipsam confugiant omnes rei, omnes mæsti, omnes afflicti. O Homo! in quacumque tribulatione ad MARIAM fuge: sive peccatis afflictus, sive persecutionibus attritus, sive tentationibus turbatus, hanc Turrim petito, ad MARIAM confugito: mille enim clypei pendent ex ea contra omnem æstum tribulantis &c. ibi est enim omnis armatura fortium fides Apostolorum, fortitudo Martyrum, Puritas Virginum, Sapientia Doctorum, Paupertas Anachoretarum, Devotio Confessorum, ibi denique omnium Sanctorum Virtus agglomerata.* Quod si contumaces & insanæ Acherontici ducis legiones indicto publico bello, passis signis & aperto Marte contra Marianum exercitium procedere præsumunt, in hos consurget & assurget *MARIA terribilis, ut castrorum acies ordinata:* Im-

k. Jacob. Monach. in Marial. orat. 2.
l. Idem orat. 6.
m Hymn. Græc.
n. S. Thom. de Villano: serm. 1. de Assumpt. B. V. M.

o. Richard. á S. Laur. de laud. Virg. lib. 3. cantic. 6.

Immò ut Richardus à S. Laurentio inquit, *Ipsa o. est Acies castrorum ordinata, malignis spiritibus : ipsam enim tanquam Reginam sequuntur omnes Sanctorum acies ordinatæ, secundùm status suos, secundùm proprias dignitates & merita, ut sub ipsa, & cum ipsa pro nobis contra diabolum militent precibus & exemplis.* ' *Ipsa a. est*, teste Petro Cellensi *castrorum acies ordinata malignis spiritibus : ipsa b. est, Acies castrorum armata, dæmones terrens fulgore suæ Majestatis. Ipsa c. est Acies terribilis tentatis, quia dæmones expellit fulgore suæ Majestatis. Ipsa d. est acies castrorum terribilis Principibus tenebrarum, diabolo & angelis ejus, quos terret & pro suorum famulorum erectione sæpè improbas reprimit & retundit malignantium insultus : terribilis inquam hæreticis, quos sua virtute confundit, & perfidis, quorum errores à suis dilectoribus avertit.* Eja ergo gloriosa de hostibus tuis triumphatrix, *gaude MARIA Virgo cunctas hæreses interemisti, quæ Gabrielis Archangeli dictis credidisti* (sic enim accinit, tibique militans tota applaudit Ecclesia ; sive ut alij volunt Hieronymus serm: de Assumpt. B. V. M.) *Hæc e. est Virgo quæ sola interemit universam hæreticam pravitatem.* Quæ omnia hostibus MARIÆ Virginis è venenato serpentis hujus semine procreatis, non possunt non esse sic adversa, sic inimica, ut fugiant adversæ acies, â facie ejus, tanquam â facie ignis & fulguris coruscantis. Contrivit illa (ut suprà diximus) antiqui serpentis caput, cur non & serpentium quoque semen, quod maximè in hæreticorum colluvie sese prodit, simul contrivisse sentiamus ? Aut
,, si semen illud *f.* benedictum, uti ait Doctissimus Ma-
,, riophilus P. Petrus Canisius S. J. ad Christum refe-
,, ras, qui caput serpentis contriverit, ac veritas manet
,, æterna, suáque luce & virtute, omnes errorum tene-
,, bras dissipat, habet *g*, inde suam quoque laudem tanti

a. Petr. Cellens. serm. 7. de Assumpt. B. V. M.

b. Jacob. de Voragine in Mariali. serm. 8.

c. Idem serm. 2. pro Sabbat. 4. hebdom. 40. qui est de B V. M.

d. Alanus de Insul in cap. 6. cantic.

e. S. Hieron. serm. de Assumpt. B. V. M.

f. P. Petr. Canisius tom. 2. de B. Maria Virgine lib. 5. cap. 9. mihi fol. 599.

g. Epiphan. hæres. 78. contra Antidico mar.

,, tanti filij Mater, quæ tanquam Leæna, ut Epiphanius tradit, invictum illum leonem de Tribu Judæ,
,, hæreticæ pravitatis domitorem genuit: quæ insuper
,, fidem de hac ipsa Christi victoris potentia & majestate præ omnibus illustrem tenuit & excellentem. Hæc
,, enim est victoria, 1. Joan. 5. quæ non modò mundum, sed etiam perfidiam hæreticam vincit. Hoc, Ephes. 6. scutum in quo tela nequissimi ignea exstingvuntur: fides inconcussa, quam omnis â prima Christianæ Religionis origine & veritate, diversis dogmatum erroribus adulterantes: infirmare, elidere & eliminare conati sunt hæresiarchæ, & ubi nullæ humanarum virium suffecere fraudes, imposturæ, violentiæ, Achoronta movêre, & auxiliares Orci operas in partem iniquissimæ seditionis evocavêre. Ad horum potentiam, vires & insolentias, insanias & oblatrationes atterendas, quid quæso MARIÆ virtute, robore & fortitudine præstantius? admirabilius?
,, robustius? Cùm *b.* autem virtútem in hæresibus exstingvendis, & erroribus elidendis MARIÆ largimur, nihil Christo (ut Mario-mastigæ quidem convitiantur) bonorum omnium authori atque largitori subtrahimus: & dum Virginem triumphatricem & de serpentis contriti victoriâ gloriosam extollimus heroinam, non ideò Christo suum honorem suúmque officium adimi: vel ut MARIA, non Christus hujus Mundi principem vicerit, capútque serpentis illa SOLA contriverit. Unde Lyranus locum exponens, apertè pronunciant, ipsa *i.* conteret caput suum: quia per ipsam, mediante filio suo, potestas dæmonis est contrita. Rupertus *k.* in hunc modum: Cùm dicit DEus: ponam inimicitias inter te & mulierem, profectò magnum gratiæ suæ opus promittit, quòd victorem diabolum, qui vicerat fraude, victa nunc

b. Petr. Canisius ut sup.

i. Lyranus: in cap. 3. Genes.

k. Rupertus lib. 3. de Trinit. & operib. ejus in Gen cap. 19.

 mu-

,, mulier vincere quandóque debeat fortitudine. Porrò hæ inimicitiæ, non per ipſam mulierem, ſed per ſemen illius exercendæ, & uſque ad victoriam perducendæ ſunt. Tum Eucherius diſertè teſtatur hunc locum de Beata Virgine accipientes, fructum ventris MARIÆ, qui eſt Chriſtus, intelligere, húnc enim eſſe, qui victor de morte reſurgens, caput ſerpentis, hoc eſt mortem conterat. Quocirca quod nos legimus: ipſa conteret caput tuum, & Hebræi, Græcíque in maſculino, eundem ſenſum habere videtur perinde acſi dicat ſerpenti DEus: Per hanc mulierem decepiſti, & virus in totum genus humanum transfudiſti: per aliam quandam mulierem, id eſt, per ejus ſemen iterum vincêris & corrues, capite tuo, hoc eſt, regno peccati & mortis, tandem amiſſo atque contrito. Falluntur autem, vel fallunt potiùs adverſarij, dum nos adeò rudes & craſſos populo videri volunt, ut cum (ipſa) legimus, totum hoc ſermonis genus ad MARIAM ſolam contrahamus, & benedictum ſemen illud, in *a.* quo gentes omnes benedicuntur, excludamus. Immò verò certiſſimè nobis perſuaſum habemus, ſempérque profitemur, Chriſtum propterea veniſſe, ut caput ſerpentis contereret, ac mundi *b.* hujus principem ejiceret foras, ejusque opera *c.* diſſolveret, quemadmodum ſcriptura divina teſtatur. Nec aliter vel docuit vel credidit unquam Eccleſia, quæ Chriſtum ſolum hoc honore dignatur, ut is poteſtate quadam abſoluta & excellenti præditus Satanam ſub pedibus conterat, ſimútque alijs, & MARIÆ potiſſimùm conterendi tribuat facultatem. Hinc dulcis illa promiſſio: Ecce, *d.* dedi vobis poteſtatem calcandi ſupra ſerpentes, & ſcorpiones, & ſuper omnem poteſtatem inimici. Hinc & ſancta Pauli gloriatio, *e.* quòd adverſus Principatus & Poteſta

Eucherius: in lib. 2. quæſtio. de Geneſ. cap. 29.

a. Gen. 22.

b. Joan. 12.

c. 1. Joan. 3.

d. Luc. 10.

e. Epheſ. 6.

,, testates, adversus Mundi Dominos rectores tenebrarum harum conflictetur, adeóque vincendi potestate polleat. Hinc & Joannis non vana vox: scribo *f.* vobis adolescentes, quoniam vicistis malignum. Demum Apostolus renatis *g.* optat omnibus, ut satanam sub pedibus suis contritum sentiant. Quid mirùm igitur si tantundem de MARIA dicatur, quòd caput serpentis contriverit, non suâ quidem propriâ, ut Christus, sed ejus, quem concepit & genuit, virtute singulari, quâ ducè, se velut alteram invictam Judith præstitit, ac populi DEI hostem infensissimum Holofernem summa cum laude superavit. Nunquam illa quidquam Satanæ debuit; non ejus pedibus subjacuit, ab ejus jugo & imperio, se semper immunem servavit, tantóque prudentiùs & feliciùs venenata ejus tela hæc virago depulit, quantò incautiùs & turpiùs prima mulier in primo, cum hoste, certamine corruit, seséque perniciosiùs una cum posteris omnibus Satanæ mancipium simul & ludribium fecit. Neque propterea Christo Matrem æquamus, sed majorem Christi gloriam asserimus, qui non solùm in seipso, sed etiam in Matre, ac deinde in plurimis alijs contra serpentem antiquum præclarè fortitérque pugnantibus tam præpotenter agit, ut & ipsi, quamvis natura imbelles, Tyrannum nequissimum ac ferocissimum, ejúsque vires, artes, & fraudes omnes in nihilum redigant, déque tanto hoste triumphent. Proindè quam virtutem & potestatem hic MARIÆ largimur, eam post Christum, & in Christo, immò & propter Christum veluti bonorum omnium fontem & caput largimur, déque illo decantamus: Tu solus sanctus MARIAM sanctificans. Tu solus Dominus MARIAM gubernans. Tu solus Altissimus MARIAM coronans, JESU CHRISTE. Est

f. 1. Joan. 2.

g. Rom. 16.

jam Matre Dei veri pacifici, pacem apud Filium, quoties volumus, possumus invenire. Possumus sanè, quoniam *in i. hoc throno sedens Christus* Rex *Pacificus, præbet se populo clementem & benignum, ac præstò omnibus ad hunc Thronum accedentibus dona largitur.* Hinc amabilem hunc thronum alacri animo, spe magna, magnarum gratiarum indipiscendarum forti fiducia freti liberaliter accedendum suadet, monétque Divus Antoninus, inquiens: MARIA *k. Thronus Dei, ad quem cum fiducia accedere debemus, ut misericordiam & gratiam consequamur in tempore opportuno. Est* MARIA *l. thronus gratiæ, ad quem nos miserabiles peccatores accedere debemus, ut gratiam inveniamus in auxilio opportuno*: vel ut Mauritius de Villa probata inquit: *Thronus m. de quo Paulus ad Hebr. 4. adeamus cum fiducia ad thronum gratiæ ejus, ut misericordiam consequamur, & gratiam inveniamus in tempore opportuno*: cùm, teste S. Bernardo Claræyallensi Præsule *in n. ea omnia plena sint pietatis & gratiæ, plena mansuetudinis & misericordiæ, quæque omnibus omnia facta est, & sapientibus & insipientibus, copiosissima charitate debitricem se fecit, omnibus misericordiæ sinum aperuit, ut de plenitudine ejus accipiant Universi.* Sed neque tantum Thronus, sed & *sedes o. est sapientiæ* Regalis MARIA sic eam compellante *o.* Ecclesia, sic Mariophilo Anselmo, *o.* sic *p.* Bernardo, sic *q.* Laurentio Justiniano, *sedes r. Incarnandæ Dei sapientiæ ab æterno parata, & præelecta. Sedes in qua s. Deus ostendit gloriam suam & claritatem, quæ est Christus, gloria, Lux & claritas totius Orbis. Sedes t. Dei sancta, in qua Deus collocatus, beneficio carnis ex ipsa desumptæ, omnium gentium & nationum* Rex *fuit, illas omnes sibi subjiciens: Sedes u. quam sibi paravit omnium artifex & sapientia Christus. Sedes w. in qua resedit Majestas Deitatis, quæ posita est in cælo assumptione, ministerio An-*
ge-

i. Maurit. de Villa probata serm. 5. coronæ novæ B. V. M.

k. S. Antonin in suma part. 4. tit. 15 cap. 14.

l. Idiota de B.V.M. part. 14. contempl 30.

m. Maurit. de Villa prob. serm. 54. coron. nov. B. V.M.

n. S. Bernard. serm. sup. sign. Magn. Apoc. 12.

o. S. Anselm sup. salve.

p. S. Bernard. sup. Salve.

q S. Laurent. Justin de triumph. Christi agone c. 7

r Anton. Proqc: serm. 6. de conc. B. V. M.

s. Paulus de Heredia Tr. de concepti B. V. M.

gelorum. *Sedes x.* Regia *quæ* Regem Regum *utero concepit & portavit & peperit.* *Sedes y.* Dei *Altissimi supra quam* Divina *sedet* Majestas. *Sedes z. prima creata propter ejus perfectionem atque excellentiam, in qua* Deus *ipse ostendere debeat gloriam suam & claritatem, quæ est* Messias, *totius* Mundi *gloria, lux & claritas.* *Sedes aa. denique omnium miraculorum, quæ usquam, modóque evaserunt aut fuerunt consummatæ.* *Sedes bb. Numinis latè patens, & omni cælorum amplitudine major:* in quam ex altissimo solio gloriæ descendens Deus Majestatis, fecit nobiscum misericordiam suam, cùm VERBUM CARO FACTUM EST *& habitavit in nobis, & vidimus gloriam ejus, gloriam quasi Unigeniti à Patre plenum gratiæ & veritatis.* Habitavit, inquam, & ut, ad quod venerat, pro nobis tanquam *Bellator fortis,* Deus exercituum, contra Principem tenebrarum harum decertaret, & *ut a. inventor Mortis diabolus, per ipsam,* quam fortis armatus noster Christus vicerat, mortem *vinceretur*, aptissimum *b. castellum*, Virginis uterum sibi fecit, & *intravit IESUS, quando verbum caro factum est & habitavit in nobis.* *Castellum c. singulare quod Pater constituit, quod Spiritus sanctus sanctificavit, quod Filius intravit, quod tota Trinitas quasi singulare hospitium elegit.* *In d quo se recepit Propugnator veniens ad salvandum Isai: 62. & ad depellendum fortem, qui custodiebat atrium suum Luc. 11. Consuetudo enim bellatorum est, quòd quando aliquis cupit invadere regnum alienum, vel sibi oblatum regnum acquirere, primò sibi quærit, vel præparat refugium opportunum: Sic Christus in virginem gloriosam, de cujus securitate dicit Salomon Prover: 31. confidit in ea cor viri sui.* In hoc inquam *Propugnator e. veniens ad salvandum nos, in ejus ingressu apprehendit arma & scutum, id est animam & carnem, ut contra diabolum exurgeret, nobis in adjutorium, omni armatura fortium*

t. Germanus Constant. in Annunc. B. V. M.
u. S. Bonav. lib. de Eccliast. Hierarch part. 4. circa finem.
w. Rich. à S. Laur. de laud B. V. M. lib. 10.
x. Hugo Carensis in cap. 1. Luc.
y. Petrus Galatin. lib. 7. de arcanis. cap. 1.
z. Petr. Galatin. ut sup.
aa. Andr. Creten. orat. 3. de Dormit. B. V. M.
bb. Anonymus in Mænis Græc. die 14. April.

a. Leo Pap. serm. 1. de Nativ: Dom.
b Innocent. Pap. serm. 1. de Assum. B. V. M.
c. B Aelredus Abb. serm. 1. in Assump. B. V. M.
d. Richard. à S. Laur. de

laud. Virg. lib. 11. *tium munitum, omni f. virtutum munitione vallatum se recepit : atque hinc ei g. non deest instructio militum defendentium, millia enim millium ei ministrant & decies centena millia assistunt ei*, quorum fortitudine & auxilio *prælium h. magnum factum est* cum dracone illo magno Humani generis hoste infensissimo, tenebrarum harum principe, qui *devictus cecidit, & projectus est in terram, & Angeli ejus cum illo missi sunt in i. stagnum ignis ardentis sulphure. In quo k. conflictu pro nobis inito, magno & mirabili æquitatis jure certatum est, dum omnipotens Dominus, cum sævissimo hoste, non in sua majestate, sed in nostra congreditur humilitate : objiciens ei eandem formam, eandémque naturam, mortalitatis quidem nostræ participem, sed peccati totius expertem, quando cælestis l. habitator patriæ*, ut Bernardus ait, *etiam & Creator, nostri Castelli angustias non refugit, & in angustissimum virginalis uteri diversorium introivit. Intravit*, ait idem sanctus Abbas, *in castellum JESUS, qui fortem alligans ejus vasa diripuit : ut quæ priùs erant in contumeliam, faceret in honorem. Contrivit portas æreas, & confregit ferreos vectes, vinctum de domo carceris & umbra mortis educens : Confregit m.* eodem teste sancto Præsule Clarævallensi (*quia clausis noluit procedere januis in carcerem illum gehennalem*) *ferreos vectes, & repagula universa contrivit, ut liberè suos educeret, quos redemerat de manu inimici : & planis egrederentur portis agmina sanctorum dealbatorum, qui laverunt stolas suas in sanguine Agni.* Et ut victoris, Triumphatorisque jus, munúsque plena potestatis suâ libertate & authoritate exerceret, *apprehendit Draconem, n. serpentem antiquum, qui est diabolus & sathanas, & ligavit eum, & misit eum in abyssum, & clausit & signavit super illum. Et licet ceciderit & corruerit o. in terram qui vulnerabat gentes, & ad infernum detractus sit in profundum laci, & in p. stagnum*

e. Idiota de B.V.M. part. 14. contempl. 55.
f.
g. Albertus Mag. in Postill sup. cap. 10. Luc.
h. Apoc. 12.
i. Apoc. 19.
k. Leo Pap. serm. 1. de Nativ. Dom.
l. S. Bernardus serm. 2. de Assumpt. B.V.M.
m S. Bernardus serm. 1. die 1. Paschæ.
n. Apoc. 20.
o. Isai. 14.
p. Apoc. 20.

gnum ignis & sulphuris, ubi cruciatur die ac nocte; furit tamen adhuc per stipendiarios & emissarios suos (Acheronticos satellites) in hoc *castellum*, q. *cujus Rex Christus est, cujus situs est in monte sancto, ad quem nulla machina pertingit inimici: cujus fossatus, Humilitas, cujus muri virtutes, cujus turres elevationes contemplationis, cujus abundantia nullius boni defectus: ibi enim panis vitæ qui de cælo descendit, ibi adeps frumenti satiantis, ibi sal sapientiæ, ibi fons aquæ satientis in vitam æternam, ibi carnes Agni immaculati, ibi vestis decoris & honestatis, ibi ignis charitatis, ibi hortus conclusus voluptatis, ibi aura flatus sancti Spiritus, cujus defendentes milites, omnia agmina Angelorum*, furit, inquam, veteranus hostis & ingenti stipendiorum suorum exercitu, *qui* r. *cum morte*, ut ait S. Pater Bernardus, *fædus inierunt, pactum pepigerunt cum inferno*, tot machinis tot balistis, tot arietibus (vocatis in belli societatem Orcinis furijs) per tot sæcula impudenter impetit, infestat, oppugnat, ut illud â fundamentis erutum, si per odium, furorem & vires liceret, concutere, conterere & penitus pessumdare vellet. Sed *MARIA Castellum* s. *est fortissimum*, impeti potest, vinci non potest, *cujus* t. *nunquam vel unam pinnam dæmon potuit obtinere*, minùs sectarij ejus, invidiâ lividi, furore cæci, qui introxicata calamorum suorum jacula, lethifera peste infecta, & venenatos blasphemantium lingvarum utrimque acutos acinaces, velut saxo impactos hebetant & perdunt, quia a. *Castellum hoc fundatum supra petram, qui Christus est, omnes eludit impetus & insultus inimici.* Horum temerarios ausus, rebelles in Deiparam ejúsque gloriam, cultum & honorem seditiones, & in hac scelerata bellatorum furentium acie, seu potiùs malorum colluvie, Primipilares, Duces; & antesignanos qui fusiùs nosse desiderat: eruditissimum Theologum & religiosissimum virum, doctissimis editis volumi-

q. Albertus Magn in Postill. sup. cap. 10. Luc.

r. S. Bernad serm. 2. de Assumpt.

s. S. Thom. de Villa, nova conc. Ass. B. V. M.

t. Maurit de Villa prob. serm. 5. coronæ novæ B. Mariæ.

a. Idiota de B. V. M. part. 14. contempl. 17.

 nibus

nibus suis Orbi toti celeberrimum, Hæreticorum malleum, Deiparentis defensorem acerrimum R. Patrem Petrum Canisium librorum suorum Tom. 2. commenti de verbi DEI corruptelis, de Beata Maria consulat, ibi innumera propè cæsorum hostium, in hoc conflictu Mariano, & ante Sacrum hoc Castellum zelo gloriæ DEI & Deiparæ devicta & prostrata leget cadavera, quæ cum Principe suo tenebrarum penitus conculcato, palmam victi, quantumvis inviti, victori porrigere coguntur. Neque mirùm, *MARIA b. Castellum est, in quo fuerunt Castra DEI, Exercitus Angelorum excubantium & custodientium portas & turres, id est sensus exteriores, & virtutes animæ interiores, sicut solent facere excubiæ vigilantes in castris.* Quin & *c. Castrum omnino inexpugnabile, in cujus defensionem quicumque confugiet, fiet in eo, quod dicit : Psal. 90. cadent â latere tuo mille, & decem millia â dextris tuis, tibi autem non appropinquabit.* Eant nunc Orci satellites, eant & duce sathana subornati milites, indicant manifestum malitiæ suæ bellum, & contra *Castrum* hoc infesta moveant signa, torqueant tela, expediant machinas bellicas, insultus & assultus apparent, *MARIA Castellum est, d. invincibile, & Castrum insuperabile, Turris fortissima cum propugnaculis cantic. 4. Turris ex qua pendent mille clypei & omnis armatura fortium : nam ad defensionem nostram, & impugnationem hostium ipsa nobis subministrat adjutorium, & omnium exempla virtutum : Est Turris e. Fortitudinis hominibus â facie inimici. Est f. Turris non solùm potens ad muniendum confugientes ad eam, sed & hostes insequentes potens expugnare. Turris g. fortissima & inexpugnabilis, & terribilis inimicis, ut castrorum acies ordinata, ad h. quam,* ait Mauritius de Villa probata, *omnes debent refugere & confugere : quia* sic sentiente S. Thoma Villanovano, est *i. Turris in qua pendent mille clypei*

b. Ernestus Pragensis.
c. Albert. Magn. in Postil. fup. cap. 10. Luc.
d. Joan. Hailg. in cap. 4 cantic. cantic.
e. S Jacob. Min Ap. ferm. in Transitu B. V. apud Amadeum Raptu. 8.
f Richard. â S Laur. de laud. SS. Virg.
g HugoCarens in Psal. 116.
h Maurit. de Villa probata ferm. 30. coronæ novæ. B V. M.
i. S. Thom. de Villa nova. conc. 1. de Assumpt. B. V. M.

clypei, in qua & contra omnem æstum tribulantis, & ad omnem faciem persequentis dæmonis tutissimum clypeum invenies, quo te protegas. Turris fundata supra firmam petram, in montibus sanctis, immobili fundamento, siquidem Deus in medio ejus non commovebitur. Turris inexpugnabilis, quæ nunquam diabolo præstitit tributum, aut fidem, in quam intravit JESUS, quando VERBUM CARO FACTUM EST, inde inimicos expugnaturus, & regnum suum recuperaturus, in quo ab initio dæmon fuerat intrusus. Turris, ait Ludovicus Blosius *munitissima, cujus muris, qui cinguntur, securi sunt: cujus k. armaturâ qui defenduntur, impenetrabiles sunt, est l. enim armatura validissima fidelium Regum, per quam hostium insolentiam atque audaciam conterunt, & victoriæ trophæa consequuntur. Illa m. est VIRGO conservatio mundi, Turris David, quæ ædificata est cum propugnaculis, mille clypei pendent ex ea, & omnis armatura fortium.* Cui adsonat Villanovanus Præsul: *Verè n. Turris David. Turris & propugnaculum Ecclesiæ, peccatorum omnium Refugium, ut ad ipsam confugiant omnes rei, omnes mæsti, omnes afflicti. O Homo! in quacumque tribulatione ad MARIAM fuge: sive peccatis afflictus, sive persecutionibus attritus, sive tentationibus turbatus, hanc Turrim petito, ad MARIAM confugito: mille enim clypei pendent ex ea contra omnem æstum tribulantis &c. ibi est enim omnis armatura fortium fides Apostolorum, fortitudo Martyrum, Puritas Virginum, Sapientia Doctorum, Paupertas Anachoretarum, Devotio Confessorum, ibi denique omnium Sanctorum Virtus agglomerata.* Quod si contumaces & insanæ Acherontici ducis legiones indicto publico bello, passis signis & aperto Marte contra Marianum exercitium procedere præsumunt, in hos consurget & assurget *MARIA terribilis, ut castrorum acies ordinata:* Im-

k. Jacob. Monach. in Marial. orat. 2.
l. Idem orat. 6.
m Hymn. Græc.
n. S. Thom. de Villano: serm. 1. de Assumpt. B. V. M.

o. Richard. á S. Laur. de laud. Virg. lib. 3. cantic. 6.

Immò ut Richardus à S. Laurentio inquit, *Ipsa o. est Acies castrorum ordinata, malignis spiritibus : ipsam enim tanquam Reginam sequuntur omnes Sanctorum acies ordinatæ, secundùm status suos, secundùm proprias dignitates & merita, ut sub ipsa, & cum ipsa pro nobis contra diabolum militent precibus & exemplis.* Ipsa a. *est*, teste Petro Cellensi *castrorum acies ordinata malignis spiritibus : ipsa b. est, Acies castrorum armata, dæmones terrens fulgore suæ Majestatis. Ipsa c. est Acies terribilis tentatis, quia dæmones expellit fulgore suæ Majestatis. Ipsa d. est acies castrorum terribilis Principibus tenebrarum, diabolo & angelis ejus, quos terret & pro suorum famulorum erectione sæpè improbas reprimit & retundit malignantium insultus : terribilis inquam hæreticis, quos sua virtute confundit, & perfidis, quorum errores â suis dilectoribus avertit.* Eja ergo gloriosa de hostibus tuis triumphatrix, *gaude MARIA Virgo cunctas hæreses interemisti, quæ Gabrielis Archangeli dictis credidisti* (sic enim accinit, tibique militans tota appludit Ecclesia ; sive ut alij volunt Hieronymus serm: de Assumpt. B. V. M.) *Hæc e. est Virgo quæ sola interemit universam hæreticam pravitatem.* Quæ omnia hostibus MARIÆ Virginis è venenato serpentis hujus semine procreatis, non possunt non esse sic adversa, sic inimica, ut fugiant adversæ acies, â facie ejus, tanquam â facie ignis & fulguris coruscantis. Contrivit illa (ut suprà diximus) antiqui serpentis caput, cur non & serpentium quoque semen, quod maximè in hæreticorum colluvie sese prodit, simul contrivisse sentiamus ? Aut ,, si semen illud *f.* benedictum, uti ait Doctissimus Ma,, riophilus P. Petrus Canisius S. J. ad Christum refe,, ras, qui caput serpentis contriverit, ac veritas manet ,, æterna, suáque luce & virtute, omnes errorum tene,, bras dissipat, habet *g*, inde suam quoque laudem

a. Petr. Cellens. serm. 7. de Assumpt. B. V. M.

b. Jacob. de Voragine in Mariali. serm. 8.

c. Idem serm. 2. pro Sabbat. 4. hebdom. 40. qui est de B V. M.

d. Alanus de Insul in cap. 6. cantic.

e. S. Hieron. serm. de Assumpt. B. V. M.

f. P. Petr. Canisius tom. 2. de B. Maria Virgine lib. 5. cap. 9. mihi fol. 599.

g. Epiphan. hæres. 78. contra Antidico mar.

tanti

,, tanti filij Mater, quæ tanquam Leæna, ut Epiphanius tradit, invictum illum leonem de Tribu Judæ, hæreticæ pravitatis domitorem genuit: quæ insuper fidem de hac ipsa Christi victoris potentia & majestate præ omnibus illustrem tenuit & excellentem. Hæc enim est victoria, 1. Joan. 5. quæ non modò mundum, sed etiam perfidiam hæreticam vincit. Hoc, Ephes. 6. scutum in quo tela nequissimi ignea exstingvuntur: fides inconcussa, quam omnis â prima Christianæ Religionis origine & veritate, diversis dogmatum erroribus adulterantes: infirmare, elidere & eliminare conati sunt hæresiarchæ, & ubi nullæ humanarum virium suffecere fraudes, imposturæ, violentiæ, Achoronta movêre, & auxiliares Orci operas in partem iniquissimæ seditionis evocavêre. Ad horum potentiam, vires & insolentias, insanias & oblatrationes atterendas, quid quæso MARIÆ virtute, robore & fortitudine præstantius? admirabilius? ,, robustius? Cùm *h.* autem virtútem in hæresibus exstingvendis, & erroribus elidendis MARIÆ largimur, nihil Christo (ut Mario-mastigæ quidem conviciantur) bonorum omnium authori atque largitori subtrahimus: & dum Virginem triumphatricem & de serpentis contriti victoriâ gloriosam extollimus heroinam, non ideò Christo suum honorem suúmque officium adimi: vel ut MARIA, non Christus hujus Mundi principem vicerit, capútque serpentis illa SOLA contriverit. Unde Lyranus locum exponens, aperte pronunciant, ipsa *i.* conteret caput suum: quia per ipsam, mediante filio suo, potestas dæmonis est contrita. Rupertus *k.* in hunc modum: Cùm dicit DEus: ponam inimicitias inter te & mulierem, profectò magnum gratiæ suæ opus promittit, quòd victorem diabolum, qui vicerat fraude, victa nunc

h. Petr. Canisius ut sup.

i. Lyranus: in cap. 3. Genes.

k. Rupertus lib. 3. de Trinit. & operib. ejus in Gen. cap. 19.

Cc mu-

,, mulier vincere quandóque debeat fortitudine. Por-
,, rò hæ inimicitiæ, non per ipſam mulierem, ſed per
,, ſemen illius exercendæ, & uſque ad victoriam per-
Eucherius:in lib. 2. quæſtio. de Geneſ. cap. 29. ,, ducendæ ſunt. Tum Eucherius diſertè teſtatur hunc
,, locum de Beata Virgine accipientes, fructum ventris
,, MARIÆ, qui eſt Chriſtus, intelligere, húnc enim
,, eſſe, qui victor de morte reſurgens, caput ſerpentis,
,, hoc eſt mortem conterat. Quocirca quod nos legi-
,, mus: ipſa conteret caput tuum, & Hebræi, Græcí-
,, que in maſculino, eundem ſenſum habere videtur pe-
,, rinde acſi dicat ſerpenti DEus: Per hanc mulierem
,, decepiſti, & virus in totum genus humanum transfu-
,, diſti: per aliam quandam mulierem, id eſt, per ejus
,, ſemen iterum vincêris & corrues, capite tuo, hoc eſt,
,, regno peccati & mortis, tandem amiſſo atque contri-
,, to. Falluntur autem, vel fallunt potiùs adverſarij,
,, dum nos adeò rudes & craſſos populo videri volunt,
,, ut cum (ipſa) legimus, totum hoc ſermonis genus
,, ad MARIAM ſolam contrahamus, & benedictum
a. Gen. 22. ,, ſemen illud, in *a.* quo gentes omnes benedicuntur,
,, excludamus. Immò verò certiſſimè nobis perſuaſum
,, habemus, ſempérque profitemur, Chriſtum propte-
,, rea veniſſe, ut caput ſerpentis contereret, ac mundi
b. Joan. 12. ,, *b.* hujus principem ejiceret foras, ejusque opera *c.*
c. 1. Joan. 3. ,, diſſolveret, quemadmodum ſcriptura divina teſtatur.
,, Nec aliter vel docuit vel credidit unquam Eccleſia,
,, quæ Chriſtum ſolum hoc honore dignatur, ut is po-
,, teſtate quadam abſoluta & excellenti præditus Sata-
,, nam ſub pedibus conterat, ſimúlque alijs, & MA-
,, RIÆ potiſſimùm conterendi tribuat facultatem.
d. Luc. 10. ,, Hinc dulcis illa promiſſio; Ecce, *d.* dedi vobis po-
,, teſtatem calcandi ſupra ſerpentes, & ſcorpiones, &
,, ſuper omnem poteſtatem inimici. Hinc & ſancta
e. Epheſ. 6. ,, Pauli gloriatio, *e.* quòd adverſus Principatus & Po-
teſta

,, teſtates, adverſus Mundi Dominos rectores tenebra-
,, rum harum conflictetur, adeóque vincendi poteſtate
,, polleat. Hinc & Joannis non vana vox : ſcribo *f.* *f.* 1. Joan. 2.
,, vobis adoleſcentes, quoniam viciſtis malignum. De-
,, mum Apoſtolus renatis *g.* optat omnibus, ut ſata- *g.* Rom. 16.
,, nam ſub pedibus ſuis contritum ſentiant. Quid mi-
,, rùm igitur ſi tantundem de MARIA dicatur, quòd
,, caput ſerpentis contriverit, non ſuâ quidem propriâ,
,, ut Chriſtus, ſed ejus, quem concepit & genuit, vir-
,, tute ſingulari, quâ ducè, ſe velut alteram invictam
,, Judith præſtitit, ac populi DEI hoſtem infenſiſſi-
,, mum Holofernem ſumma cum laude ſuperavit. Nun-
,, quam illa quidquam Satanæ debuit; non ejus pedi-
,, bus ſubjacuit, ab ejus jugo & imperio, ſe ſemper
,, immunem ſervavit, tantóque prudentiùs & feliciùs
,, venenata ejus tela hæc virago depulit, quantò incau-
,, tiùs & turpiùs prima mulier in primo, cum hoſte,
,, certamine corruit, ſeſéque pernicioſiùs una cum po-
,, ſteris omnibus Satanæ mancipium ſimul & ludribium
,, fecit. Neque propterea Chriſto Matrem æquamus,
,, ſed majorem Chriſti gloriam aſſerimus, qui non ſo-
,, lùm in ſeipſo, ſed etiam in Matre, ac deinde in plu-
,, rimis alijs contra ſerpentem antiquum præclarè forti-
,, térque pugnantibus tam præpotenter agit, ut & ipſi,
,, quamvis natura imbelles, Tyrannum nequiſſimum ac
,, ferociſſimum, ejúſque vires, artes, & fraudes omnes
,, in nihilum redigant, déque tanto hoſte triumphent.
,, Proindè quam virtutem & poteſtatem hic MARIÆ
,, largimur, eam poſt Chriſtum, & in Chriſto, immò
,, & propter Chriſtum veluti bonorum omnium fontem
,, & caput largimur, déque illo decantamus: Tu ſolus
,, ſanctus MARIAM ſanctificans. Tu ſolus Domi-
,, nus MARIAM gubernans. Tu ſolus Altiſſimus
,, MARIAM coronans, JESU CHRISTE. Eſt

ergo à sancto sanctorum sanctificata MARIA; est à Domino Dominantium facta gubernans Regina MARIA: est ab altissimo coronata Imperatrix MARIA: est, secundum SS. Patrum & Doctorum Corona, Sceptrum, Regia, Thronus, Sedes, Castellum, Castrum, Turris, Acies ordinata MARIA: est contriti serpentis & seminis ejus (Universæ hæreticæ Pravitatis) conculcatrix, victrix, triumphatrix MARIA, cujus gloriam libro integro, sub Lauretanorum encomiorum nomine, Tertio, celebrare decreveram, in quo Loricata veritas, & Clypeata Pietas, zelo fidei armata, & galeâ salutis defensa, sive, Disertatio *M*ario-encomiastico-vindex, Hæresis fastuosè furentis virulentam rabiem, odium, criminationes, insultus & impugnationes, Invocationem, Auxilium, & Patrocinium Deiparæ, improbè insectantis, persequentis, & exstirpare volentis, â primorum & sequentium sæculorum sanctissimis Ecclesiæ Patribus, viris Religione & sapientia illustribus, Ecclesiæ Authoritate, usu & consvetudine probatam, firmatam, confirmatam: publicis & privatis pietatis officijs, & obsequijs exercitam & exercendam: â genuinis Ecclesiæ Romanæ filijs, & devotis *M*ariano cultui clientibus, laudabiliter usurpatam, exarata, & velut scutum *M*arianorum Encomiorum & gloriæ hostibus, & infensissimis Litaniarum osoribus proposita & opposita, pro *M*agnæ *M*atris honore depugnaret, & *M*agnorum Ecclesiæ Luminum fretus præsidio, veluti sub Ægide Palladis defensus, in Laudes *M*ARIÆ securus ageret: verùm promissæ brevitatis memor, & angustiæ ærariæ supellectilis, in expensas litterarias miniùm debilis, non inscius, solis votis bonè concepta & digesta commendare compulsus sum, & icones emblematicas, singulis odis præfigendas, solo mentis conceptu depictas, *M*agnæ Cælorum, Terrarúmque Reginæ devotissimo promptissimæ

Titulus libri Tertij.

vo-

voluntatis & filialis pietatis obſequio exprimere, & eidem dedicare. Interea ſatis fuerit ad *M*ARI-A*M* celebrandam de dæmonibus ac hæreticis triumphantem, quantumvis Catholicæ Veritatis hoſtes fremant & frendeant, & obiter propugnandam, pro virium mearum tenuitate quantum licuit deſudâſſe. Sed tamen etiam doleo infelicem miſerorum *M*ortalium vicem, & miſeret me lamentabilis eorum cervicoſitatis, errorum, perditionis & interitûs, quòd non videant nec animadvertant cæci & ſtulti homi-
,, nes, quàm præſentem conſolationem & opem ex eo Petr. Caniſius ut ſup.
,, capiat Eccleſia, quòd *MARIAM* ut *M*atrem fidiſſi-
,, mam, ſibi in cælo faventem, & apud Chriſtum patro-
,, cinantem, tantúmque luminis & roboris impetrantem
,, habeat, ut circum volitantes iſtos erroris Spiritus fa-
,, cilè agnoſcat, atque profliget. Facit id ſanè Chri-
,, ſtus Cuſtos Iſraëlis, & verus invictúsque David, ſed
,, eò libentiùs facit, quò illi gratior eſt perſona *M*atris,
,, pro afflicto populo, próque contemta ſua Sponſa in-
,, tercedentis. Videas interim Eccleſiam exemplo
,, *M*ARIÆ pulcrè ſeſe conformantem, & fide nun-
,, quam deficiente, & patientià conſtante munitam, et-
,, iamſi ad tempus blaſphemos ferat hoſtes, portas tamen
,, inferorum ſæpè tandem confringat, ac tenebrarum
,, Principes vehementer nonnunquàm exterreat, déque
,, ipſo Satana glorioſè triumphet. Triumphat, & cum ea omnes *M*ariophili, tantæ Reginæ & imperatricis fidiſſimi & mancipati Clientes (quorum ego minimus & infimus ſum) gaudet & gloriatur de honore Dominæ ſuæ, avétque in infinita ſæcula gloriam & majeſtatem ejus extendi & celebrari. Aſt ego qui labijs incircumciſis, lingva balbutiente ſum merus infans, quid aliud potui, vel debeo effari, quàm quod me magnus *C*antuarienſium Epiſcopus *M*agnus de

 Ex-

S. Anselmus de Excell. gloriof. Virg M cap. 1. Excellentiæ Virginis Panegyriſtes, cultor & defenſor docet, & jubet dicere, *ſupereminentem omni quod poſt hominem Deum creatum eſt, Excellentiam Beatæ Matris DEI, quomodocumque & ſaltem lippienti oculo cordis contemplari anhelans, & contemplando, quod mihi inde capere conceditur, ad communem notitiam proferre deſiderans, horreo peccatorum, quibus premor, enormitatem, & valde timeo, ne mihi tam alta petenti, mox objiciatur, hoc ſcripturæ dictum, Iſa 26. Tollatur impius, ne videat gloriam Dei.* Sed tu mitiſſima Domina, *non mea quæ execror, ſed Tua precor merita in illis digneris attendere quæ vereor.* Idem. cap. 2. *Tu quidem noſti mentem meam in hoc eſſe, quòd me omninò indignum judico de Te loqui, aut aliquid ſcribere. Sed quoniam inſitæ Tibi pietatis oculo, ſuper multos mei ſimiles ſcio te reſpexiſſe, aliquo, licet dignitati Tuæ non digno meæ devotionis obſequio, velim agere erga te, quatenus ipſo conſuetæ miſericordiæ Tuæ oculo, quandóque digneris me reſpicere.* Idem. cap. 12 *Quapropter ea quæ nobis ſunt impenetrabilia, intermittentes, precibus impetrare nitamur, ut quod intellectu capere nequimus, ſalutari ſaltem affectu obtinere mereamur. A te ergo* (liceat mihi cum magno illo, Tuorum encomiorum defenſore acerrimo Mariophilo P. Petro Caniſio dicere) *Auguſtiſſima Regina eadémque fidiſſima Mater MARIA, quam ſine fructu piè nullus implorat, & cui mortales omnes beneficiorum memoriâ ſempiterna devincti ſunt, etiam atque etiam reverenter oro & obſecro, ut hoc qualecumque obſervantiæ erga Te meæ teſtimonium ratum & gratum habere velis, útque oblati muneris exiguitatem ſtudioſa offerentis voluntate metiri, ac tuo præpotenti Filio comprobare digneris.* P. Petr. Caniſius ut ſup. lib. 5. cap. 31. in fine oper. De hominum judiciis non laboro: quæ pro ingeniorum & affectuum varietate ſunt diverſiſſima, & in horas mutabilia. Horum dentes fugit nemo, nec effugiet. Tuo

ſi ſuf-

ſi ſuffragio meus hic labor non dicam commendetur, ſed ſaltem excuſetur, tuóque patrocinio fulciatur, ſatis eſt. Nulla me vanitatis ad Tuas laudes ſcribendas induxit ambitio. Juratus & à puero cultus amor & innumera beneficia immerito conceſſa, maximè verò Parthenium Marianæ Sodalitatis votum, honorem Tuum ubique promovendi, propagandi, & defendendi, quotidiano cultu emiſſum, animum & audaciam ſcribendi fecerunt. Atque hinc illud Orbis Idolum, *quid dicent homines*, quòd tam præſumptuoſè audax illam tentem celebrare Virginem, cui laudandæ nulla lingua, nec calamus hactenus exſtitit nec exiſtet, qui condignè poſſit aut præſumat de ea loqui, penitus repudiavi, fretus materno affectu, qui filiorum aut clientulorum ſuorum, etiam tenuia obſequia non reſpuit. Titulus *Subjectionis Obligationis, Gratitudinis. & Amoris* omnem humanorum judiciorum formidinem excluſit. *Non ſum Ephræm fateor, ut cum illo dicere audeam: DIGNARE ME LAUDARE TE VIRGO SACRATA; nec ſum Damaſcenus, ut novos hymnos Tuæ dignitati ſpondeam: nec Hildephonſus etiam, ut ob ſuſcepta pro Te certamina proprio munere cohoneſter. Satis præmij verò retuliſſe videbor, ſi me albo tuorum, non dicam amicorum aut filiorum, ſed Clientulorum & ſervulorum ſaltem adſcribi patiaris, Teque apud æquiſſimum Judicem Deum Patronam faventem mihi præbeas immerenti, eámque gratiam impetres, quæ ad hoc meum qualecunq; miniſteriũ cum fructu obeundum, & perfectè complendum deſideratur. Ad extremum ſi quædam in hoc Opuſculo vel reprehendenda vel corrigenda prudentibus videbuntur, haud ſanè impedio, quò minùs illi ſuo, & charitatis jure noſtra & reprehendant & corrigant: quos amanter etiam rogo, ut pro candore ſuo condonent aliquid noſtræ imbecillitati. Sin rectè*

Pet. Caniſius ſup.

S. Ephræm. in orat. ad Deip. Virg.

Vide Joann. Hieroſolym. in vita Damaſceni.

Vide Julianum Pomerium in vita Hildephonſ.

Typographi Menda sic emendanda

In Prosa.

Fol. 8. *lin.* 24. *cælestrium. lege cælestium.*
Fol. 16. *lin.* 31. *ris. deleatur.*
Fol. 27. *lin.* 9. *cere. lege certè.*
Fol. 40. *lin.* 1. *succurit. lege succurrit.*
Fol. 40. *lin.* 30 *fædorem, lege fætorem.*
Fol. 41. *lin.* 12. *fædorem, lege fætorem.*
Fol. 51. *lin.* 18. *mulierem. lege mulierum.*
Fol. 52 *in margine S. Bonav. stim. am. c.* 9. *lege c.* 19.
Fol. 63. *lin.* 21. *consosabitur, lege consolabitur.*
Fol. 64. *lin.* 8. torquabit lege torquebit.
Fol. 71. *len.* 29. *Salva, lege Salve.*
Fol. 80. *lin.* 19. *inquissimum, l. iniquissimũ*
Fol. 106. *lin.* 31. *fædorem, l. fætorem.*
Fol. 108. *lin.* 7. *subjicens, lege subjiciens.*
Fol. 09. *lin.* 29. *fuffragium. l. suffragiũ.*
Fol. 129. *lin.* 11. *nos, lege non.*
Fol. 136. *lin.* 26. *adolescendula, lege adolescentula.*
Fol. 151. *lin.* 2. *tatamen, lege tamen.*
Fol. 153. *lin.* 24. *ingegenium. l. ingenium.*
Fol. 156. *lin.* 4. *Navitatem. l. Nativitatem.*
Fol. 161. *lin* 6. *ommnes, lege omnes.*
Fol. 162. *l.* 24. *delarantis, l. declarantis.*
Fos. 165. *lin.* 6. *admirandum, l. admirandam.*
Fol. 168. *lin.* 25. *hæ lege hæc.*
Fol. 170. *lin.* 22. *Tribulatarum, lege Tribulatorum.*
Fol. 186. *lin.* 8. *Gloriata, lege. gloriosa.*
Fol. 195. *lin.* 24. *introxicata, lege intoxicata.*
Fol 199 *lin.* 29 *simut. lege simul.*
Fol. 102. *lin.* 31. *bonè, lege benè.*

In Versu.

Fol. 31. *stropha* 11. *v.* 6. *Tritinniat lege Fritinniat.*
Ibid. str. 14. *v.* 7. Recina, *lege* Regina.
Fol. 38. *str.* 19. *v.* 7. *retulit, lege rettulit. per Epenthesin.*
Fol. 42. *str.* 4. *v.* 6. *propina. l. propinas.*
Fol. 55. *str.* 9. *v.* 1. *Boram, l. Boream.*
Fol. 56. *str.* 13. *v.* 1. *qantus, l. quantus.*
Fol. 58. *str.* 39. *v.* 5. *Plutotonis, lege Plutonis*
Fol. 82. *str.* 3. v. 2. *castatam, l. catastam.*
Ibid. v. 7. *cui. lege qui.*
Ibid. str. 5. *v.* 2. *plantúsq; l. planctúsque.*
Ibid. v. 4. *lini, lege Lini nom. prop.*
Fol. 85. *str.* 33. *v.* 2. *Fastum l. Festum.*
Fol. 86. *str.* 45. *v.* 8. *naufragamus, lege naufragamur.*
Fol. 94. *str.* 11. *v.* 8. *Triumphiratus, lege Triumviratus.*
Fol. 128. *str.* 18. *v.* 2 *per, lege par.*
Fol. 127. *str.* 49. *Pietásque deleatur.*
Fol. 128. *str.* 50. *v.* 5. *ilex, lege Illex.*
Fol. 144. *str.* 19. *v.* 7. *census, l. Consus.*
Fol. 180. *str.* 11. *v.* 2. *Chorago lege Choraga.*
Fol. 183. *str.* 33. *v.* 3. *pallas. l. Pallas.*
Fol. 124 *str.* 15. *v.* 1. *&* 2. *Georgico algo lege Georgica oda.*

Cæteros, si qui occurrerint, benevolus & prudens Lector corrigere dignabitur errores.

Anmerckung
Zur Nachricht des Buchbinders.

Im Anfang vor dem Titul des Buchs wird gesetzt das Bild mit Lit: A. gezeichnet.

Nach diesen der Titul/ nach diesen die Dedication und Præfation.

Nach dieser das Bild			Lit. B. Fol. 1.
Nach diesem	-	-	Lit C. Fol. 30
Nach diesem	-	-	Lit. D. Fol. 157.
Nach diesem	-	-	Lit. E. Fol. 187.

Die Menda müssen zum letzten Blat des Buchs am End gesetzet werden.

8-1